CYPRIANI MORELLI, ... CONSILIUM, DE POTESTATE SUMMI PONTI. IN DISPENSATIONE...

Cipriano Morelli



QVAEREBATVR Ergo si lex illa qua prohibetur accipere in vxorem relictam a fratre prædefuncto, posit ab Ecclesia, & a Summis Pontificibus dispensari. Ad hanc difficultatem respondens, tria facturus sum. Primo, si lex euangelica sit lex naturæ, discutiam, & quæ sint in ea principia, & quæ conclusiones: quæ etiam essentialiter ad eam pertineant, perscrutabor. Secundo, videbo, an præceptum Leuit. capit. xviii°. de non reuelanda verecundia vxoris fratris, & alia præcepta ibidem scripta, sint de iure naturæ; & si prædicta spectent ad legem Euangelicam, & posint ab ecclesia dispensari. Tertio, adducam rationes & fundamenta aduersariorum, & pro viribus meis eis satisfaciam (Deo iuuante.) In omnibus autem quantum potero, breuitati studebo. Accedam itaque ad primum Articulum.

Articulus primus.

A DVERTENDVM est quantum ad primum Articulum, quod homines posunt triplices habere dominos (vt inquit Eustratius. v°. Ethicorum) puta, Deum, Naturam, & Principes. Deus dupliciter ordinare potest, super hominem. Vno modo, secundum communem naturæ cursum .s. mediante natura. Deus namque in operibus naturæ coagit, immo plus agit quam natura, secundum Authorem de causis dicentem, Primam causam plus influere &c. quia natura dirigitur in suis operationibus ab ipso Deo, vt ait Auerrois de intentione Aristotelis. xii°. Methaphisicæ. Hanc autem ordnationem Dei, non distinguimus ab ordinatione naturæ, eo quod Deus & natura simul hoc operantur. Alio modo Deus ordinat super hominem immediate & supernaturaliter, reuelando & manifestando nobis aliqua documenta vitæ nostræ, ad quæ humana ratio, suæ naturæ relicta peruenire non potuisset, & hæc Dei præcepta & ordinationes posunt & debent dici iura diuina, & non iura naturæ, neque humana, nisi forte pasiue .s. quia hominibus præcepta; sed de his nihil ad præsens.

Eustr. Auth. de cau. Auer. Arist.

Descēdamus ad secundum dominum: videlicet, naturam, quae quidem mul
Arist. tipliciter capi potest, vt vult Arist. ii°. Phisic. sed nunc accipimus naturam pro forma, & non quacunq; forma, sed pro illa, dumtaxat, quae cognitiua est, vel saltem mediante cognitione operantem, sicut sunt, appetitus, & voluntas. Appetitus sensitiuus, lz sit communis caeteris animalibus, tamen in homine spectat ad mores & directionem humanae vitae, prout aliqualiter rationem participat.

Arist. Dictum est enim ab Arist. pri°. Ethic. q pars illa sensitiua innata est aduersari rationi, & innata est obedire eidem: tenendum est tamen (vt inquit
Eustr. Eustratius) pro ipsa innata est rationi aduersari, nullum debere in humana vita gerere dominium, sed eius iudicia vel praecepta sunt solum admittenda, secundum q recte consonant rationi.

Alber. Dicunt ergo quidam magni viri, quibus assentit & diuus Alb. q pars sensitiua multas instituit ordinationes ac praecepta circa humanam vitam, in quibus etiam concors est ratio, verbi gratia, vt cōiunctio maris & foeminae, liberorum pcreatio, cōmunis omnium possessio, & vis illatae repulsio, & multa alia istis similia; & hoc est qd dicitur distin. pri. cap. pri°. Ius naturale est cōmne omnium nationum, eo q vbiq; instinctu naturae, non constitutione habetur aliqua &c. Sed iterum super hoc pars rationalis multas alias ordinationes & nobiliora praecepta per ratiocinatiuam inquisitionem apponit. Vtraq; ergo praecepta communi nomine possunt dici iura naturae; sed stricto nomine quidam vocant praecepta rationis, iura gentium, eo q gentibus, idest, hominibus propria est ratiocinatio. Sola vero praecepta sensus, vocant, iura naturae, quia non per inquisitionem aliquam, sed solo instinctu naturae proueniunt. Si autem aliqua fuerint quae neque per sensum ex instinctu naturali, neque per rationem sint magis ad vnam partem ex natura rei determinabilia q̄ ad aliam, & per Principes, seu Legislatores determinantur, qui vnam partem determinate praecipiant, tunc ista praecepta erunt iura distincta contra
Arist. praedicta iura gentium & naturae; & haec iura videtur Arist. vocare legalia, alii autem vocant ea ciuilia. Quidam aliter dicunt, & forsan melius, quoniam in hoc ferè conueniunt omnes Theologi, q sicut in spe-
Auer. iii°. de aia culabilibus quaedam sunt principia prima, quae Auer. Commen. iii°. de anima. dicit. esse naturaliter innata, seu cognita, non quia a principio nostrae creationis cognita sint, sed quia sine inquisitiua ratiocinatione ex

sola naturali inclinatione intellectus, ad intelligibile, ea statim comprehendimus, concedimusque quando nobis occurrũt. Quædam autem sunt conclusiones non statim concessæ, sed per deductionem ex principiis earum prædictis. Alia vero sunt contingentia, quæ si ita sint, vel aliter, nihil differt in ordine ad principia naturaliter concessa, vel conclusiones ex eis deductas. Ita in operationibus quantum ad practicum intellectum quædam sunt principia naturaliter ab omnibus concessa, non ex inquisitione aliqua, sed quasi ex instinctu naturali. s. ex inclinatione naturali animæ ad ipsum verum & ad bonum. Alia autem sunt quæ ex dictis principiis ratiocinando possunt inferri, & alia sunt quæ nihil differt si sic vel aliter fiant. Prima quidem dicuntur, iura naturæ. secunda vero appellantur, iura gentium, apud Legistas. vtraque tamen communi nomine apud Arist. & Theologos dicuntur, iura naturæ, quia. s. anima rationalis ex vi suæ naturæ determinatur ad ea, quamuis differenter. Ad prima quidem sine discursu & ratiocinatione. Ad secũda vero per ratiocinationem ipsius animæ. Et sicut prius dictum fuit, cum de indifferentibus Principes vnam partem determinauerint, illa præcepta vocantur iura legalia apud Arist. quia. s. non ex natura vim habent, sed solum, quia a lege posita sunt. Apud Legistas autem appellantur iura ciuilia, quia sunt alia, & alia in aliis & aliis ciuitatibus. Et isti duo modi dicendi distinguũtur per hoc, quod primus ponit iura naturæ stricto nomine appellata, prout contra iura gentium distinguuntur esse præcepta partis sensitiuæ. Inquantum tamen a causis superioribus quæ non fallunt, ipsa diriguntur in debitum finem. Secundus autem modus ponit, quod iura non sunt secundum humanos mores, nisi quæ ratione iubentur. Sed illa vocantur iura naturæ stricto nomine, secũdum Legistas, ad quæ ratio per instinctum naturæ, determinatur absque ratiocinatiua inquisitione; & conclusiones deductæ ex illis appellantur, iura gentium (vt diximus) tamen vtraque hæc & principia & conclusiones apud Aristo. ac Theologos dicuntur, iura naturæ.

Arist.

Arist.

Legistas

Iste secundus modus dicendi (vt supra notauimus) est rationabilior, quoniam in humanis actibus nihil est bonum, nec per consequens iustum, nisi prout est consonum rectæ rationi. Si enim in sensu sistamus, totum bestiale est, nihilque humanum.

His dictis & declaratis descendo ad id quod principaliter in hoc articulo.

intendebam. Primo aduertendum est, ꝙ in lege noua & euangelica ali/quid est, quod quidem in ea est principale & potissimum, & aliqua sunt sicut dispositiua ad illud. Principale autem in quo tota virtus legis consistit, est gratia Sancti Spiritus, quæ datur Christi fidelibus; & quia

Arist. ix. eth. (vt dicit Philosophus. ix°. Ethic. vnaquæque res illud videtur esse quod in ea est potissimum, ideo principaliter lex noua & euangelica est ipsa

Paul. ro. iii. gratia Spiritus Sancti. Et hoc est quod dicit Aposto. ad Roman. iii°. Vbi est glorificatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum, non?

Rom. viii. Sed per legem fidei. Ipsam enim gratiam fidei, legem appellat. Et expressius dicit ad Rom. viii°. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Et alibi pluries. Vnde & Aug. dicit in

Aug. lib. de spiritu et litera. ꝙ sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta in cordibus fidelium. Et adhuc in eodem lib. dicit, Quæ sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus Sancti, sed dispositiua ad gratiam, et ꝑtinentia ad vsum eius, sunt credenda & agenda; quæ quidem sunt quasi secundaria in lege euangelica. Dimissis autem credendis sunt enim supra naturam & principia talium credendorum, non sunt nobis naturaliter nota.

Dico legem euangelicam quantum ad agenda & factibilia esse legem naturæ, & principia ipsius legis, quæ eminenter continent omnia mandata in tali euangelica lege esse de iure naturæ. Quod autem hoc verum sit declaro. Interrogatus a Iudæis Dominus noster, ꝙ esset magnum mandatum in lege. Respondit sic, vt patet Matth. xxii°. & Mar. xii°. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc maximum & primum mandatum. s. tanquam principium practicum legis & doctrinæ euangelicæ. Et subdit vlterius. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut te ipsum; & hoc est etiam principium legis prædictæ, ex quo sequuntur conclusiones, immo omnia præcepta quæ sunt de iure euangelii; ideo dominus noster vlterius dicit, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. per hoc innuens omnia præcepta euangelica reduci ad hæc principia; quæ quidem sunt principia legis naturæ, & per consequens, præcepta euangelica quæ ex illis principiis deducuntur sunt præcepta naturæ; & ideo sequitur legem prædictam euangelicam expresse esse legem naturæ. Vnde notandum est, ꝙ semper finis in practicis

Matt. Mar.

& operabilibus habet rationem principii, Dilectio autem proximi ordinatur ad dilectionem Dei tanquam ad finem; ideo dilectio proximi respectu dilectionis Dei est tanquam conclusio: illa vero est sicut principium. Continetur ergo dilectio proximi in dilectione Dei, sicut in fine & principio. Et dilectio dei continetur in dilectione proximi vt finis, in eo quod est ad finem: & sic mutuo se claudunt hae duae dilectiones, & mutuo se inferunt. Dicit enim diuus Aug. super illud, In his duobus mandatis, quod quãdo dicitur quod deum debemus diligere, etiam intelligitur de proximo, licet non nominetur. Hoc iterum ait in de consensu Euangelistarum, quod licet ista praecepta sint duo propter duo charitatis obiecta, quae sunt, deus, & proximus: tamen aliquando vnum ponitur pro vtroque tanquam includẽs aliud, vt cum dicitur, omnis lex vno sermone impletur, Diliges proximum tuum, & diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et quia dilectio dei & proximi est finis totius doctrinae euangelicae & omnium praeceptorum, vt tota Scriptura testatur. Apost. enim ad Rom. xiii°. inquit, Plenitudo legis, dilectio. Item ad Titum pri°. Finis praecepti, charitas. Et Coloc. ii°. Super omnia charitatem habentes, quae est vinculum perfectionis. Et Ioan. xiiii°. Hoc mando vobis, vt diligatis inuicem. Et Exodi. xx°. Et nunc Israel, quid dominus deus tuus petit: nisi vt diligas eum. Et Aug. pri°. de doctrina Christia. cap. ii°. Omnium (inquit) quae dicta sunt, ex quo de rebus tractauimus, haec summa est, vt intelligatur, Legis & omnium diuinarum Scripturarum plenitudo & finis esse dilectio dei. Et lib. ii°. cap. vii°. Omnium (inquit) diuinarum Scripturarum studiosus nihil in eis aliud inuenturus est quam, diligendum est deum propter deum, & proximum propter deum. Item de ciui. dei. lib. x°. cap. v°. in fine, Quaecunque igitur (inquit) in mysterio tabernaculi, siue templi multis modis de sacrificiis leguntur diuinitus, esse praecepta ad dilectionem dei & proximi, significando, referuntur. Item diuus Greg. super Ezec. Hom. ait, Ad hoc solum deus per totam sacram Scripturam nobis loquitur, vt nos ad suum & proximi amorem trahat. igitur dilectio dei & proximi erit principium in lege Euangelica. quare &c.

Aug. Aug. Rom. xiii. Titũ primo Colocen. ii. Exodi xxii. Aug. de ciuita. dei. Greg.

Si autem dubitatur (quod non credo) illud mandatum, Diliges proximum tuum sicut teipsum, esse principium practicum in lege naturali & euangelica, poterit adhuc euidenter probari, quoniam haec propositio, Quod tibi vis fieri alteri facies, & quod tibi non vis, alteri ne facias, est princi-

Io. Bachon. Henricus. *pium naturale notum ex terminis, vt ait Ioã. Bachon, & recte, in Prologo. iiii. Sent. qui quidem ex eo deducit formaliter omnia præcepta Decalogi. Henricus quoque de Gandauo eminentiss. Doctor, ait, istud esse maximum principium morale in natura, nobis naturaliter inditum & scriptum in corde, ab initio.* Et *distin. pri°. cap. pri°. dicitur, hoc præceptum esse de iure naturæ. Istud autem mandatum,* Hoc *facies alteri quod tibi vis fieri, est idem omnino cum hoc præcepto,* Diliges *proximum tuum sicut teipsum, vt dicit* Henricus. *Asserit namque hoc mandatum, videlicet,* Hoc *facies alteri quod tibi vis fieri &c. præcipi ipsi voluntati, & intelligatur quo ad velle, & quod non obliget hominem semper quo ad effectum, sed quo ad affectum.* Aug. *Vnde aduertendum est (vt inquit* August. *in lib. de pœnitentia. & in Sermone de martyribus) quod licet præcepta negatiua semper & vbique obligent hominem quo ad affectum & effectum, tamen præcepta affirmatiua licet semper obligent quo ad affectum, non tamen semper quo ad effectum, & in casu iustificatur homo per solum desiderium & affectum, & hoc Saluator ostendit* Matth. xviii°. *de illo* Matt. xviii. *qui debebat decem millia talentorum, qui non habens vnde redderet,* Lucæ vii. *procidens in terra, dicebat,* Patientiam *habe in me, & omnia reddam tibi. Cui dominus dimisit omne debitum, videns solum eius affectum.* Et Lucæ. vii°. *ille fœnerator dimisit debitum duobus debitoribus, non* Lucæ vii. *habentibus vnde redderent.* Ex quo patet, quod Deus *non semper respicit nec quærit effectum, & in casu iustificatur homo per solum affe-* Saluator. *ctum (vt diximus) & ideo Saluator noster* Matth. v°. *non dixit, Beati qui faciunt iustitiam, sed beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Ideo *Christus quærit ab hominibus affectum, esuriem, & sitim iustitiæ, & talis affectus, et esuries, seu sitis cōsistit in voluntate, & actu voluntatis.* Recte *igitur illud præceptum,* Hoc *facies alteri quod &c.* Intelligitur *(inquit* Heuricus*) quo ad affectum, hoc pacto, quo tibi vis fieri, etiam velis alteri. hoc autem est; diligere proximum tanquam se, ideo sunt vnum & idem, scilicet, istud,* Quod *tibi vis fieri &c. & istud,* Diliges *proximum tuum sicut teipsum; & maximum signum est huius rei, quia quandoque in* Sacris Literis *reducuntur omnia præcepta legis ad vnum illorum tanquam ad princi-* Matt. vii. *pium, & quandoque ad alterum, veluti principium.* Et *quod verum sit, manifestum est, quia* Dominus *noster* Matth. vii°. *summat & reducit omnia*

cit omnia præcepta euangelica ad istud mandatum, Omnia quæcunque vultis faciant vobis homines, & vos facite illis, & vult idem esse, eminenter omnia præcepta legis. Ait enim ibi, Hæc est lex & Prophetæ. Sed Matth. xxii°. & Mar. xii°. reducit præcepta euangelica ad istud mandatum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et similiter Paul. Apost. ad Rom. xiii°. reducit prædicta ad idem principium. Sic enim ait, Qui diligit proximum, legem impleuit. Et sequitur, Nam non adulterabis, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non occides, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges pximum tuum sicut teipsum. Istud aut verbum, instauratur græce est, ἀνακεφαλαιοῦται qd sonat latine summatim comprehēditur; quod sicut conclusiones continentur & comprehenduntur in principiis, vt dicunt Peripathetici, sic & præcepta dei, & euangelica, & moralia continentur ac comprehenduntur in hoc mandato dei & naturæ, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et similiter idem Apos. ad Galath. v°. ait, Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges pximum tuum sicut teipsum: ex his clare habetur, quod hæc duo dicta .s. Quod tibi non vis fieri &c. & istud, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, sunt vnum & idem mandatum in lege naturæ & euangelica. Cum autem hoc præceptum, Quod tibi non vis fieri &c. sit de iure naturæ (vt diximus) sequitur etiam quod omnia præcepta quæ sequuntur ex illo mandato naturali, sint de iure naturæ, & quia omnia præcepta euangelica sequuntur ex illo principio, vt dictum est ex authoritate Christi, & Apost. Pauli, sic omnia præcepta euangelica erunt de iure naturæ.

Matt. vii. Matt. xxii. Marc. xii. Ad romanos. Paul. ad Galathas. Salua. Paul.

Si peteres autem quomodo prædicta præcepta sequātur ex illo principio practico, seu ex illo mandato dei & naturæ, videlicet, ex isto, Hoc facies alteri quod tibi vis fieri &c. Declarant optime, Henricus Gandauen. Iaco. de Apamis, Ioan. Bacbon, & plures alii doctissimi viri. Ducunt enim, sicut iustitia illa generalis (vt habetur ab Arist. v°. Ethic.) præcipit equaliter viuere, quo ad se, & quo ad alterum, scdm omnem virtutem, & probibet omnem malitiam cuilibet virtuti contrariam: ideo sequitur de omni virtute, quod habens eam, eque & recte se habet ad se & ad alterum, scdm singulas, & quod fugiat omnes malitias contrarias, a simili, quia lex Christiana præcipit, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines &c. Sequitur ergo, Honora patrem tuum & matrem tuam, & quia

Hēri. Iac. de Apa. Io. Bacbon. Arist.

probibet aliis facere, quod tibi non vis fieri. Sequitur, Alienum non furaberis, & sic de aliis probibitis. Peroptime consequitur, Si tu esses pater, aut mater velles a filiis bonorari, & possessionem tuam non furari, & sic de aliis præceptis secundæ tabulæ. ergo sic facies illis, quo ad affirmatiua præcepta, & sic non facias illis, quo ad negatiua. Et est aduertendum, quod iustitia illa generalis non solum præcipit se habere ad se & ad proximum, sed etiam ad deum in bonoribus, donis, sacrificiis, et oblationibus, vt dicitur. iiii°. Etbic. cap. v°. de magnificentia. & . vii°. Politi. cap. viii°. Sic etiam ex isto mandato dei & naturæ, Quod tibi vis fieri &c. præcipitur bene se babere quo ad deum in bonoribus, donis, & oblationibus, quoniam recte sequitur, Si tu esses deus velles te tanquam deum adorari, & sabbatum tuum seruari, & nomen tuum in vanum non summi. ergo sic tu facies deo, & sic deducunt isti viri omnia præcepta Decalogi, tam primæ quam secundæ tabulæ, ex illo principio in moralibus, Quæcunque vultis vobis faciant bomines &c. Sufficit tamen mibi ad præsens, quod ex illo principio iam dicto sequantur saltem præcepta Decalogi, quæ sunt ordinata ad proximum.

Etbic. Politi. vii.

Vlterius est aduertendum, quod omnes actus virtutum moralium reduci babent ad boc idem principium, quoniam tales actus sunt de iure & præcepta naturæ, vt ait diuus Tbo. & doctor solennis Henric. de Ganda. & ideo sicut actus omnium moralium virtutum, vt ait Arist. v°. Etbico. reducuntur in illud commune principium, quod est iustitia generalis, per quam bomo, secundum quamlibet virtutem bene si se babet ad se & ad alterum, sic idem actus virtutum moralium reducuntur ad illud principium naturale & euangelicum, Quæcunque vultis vt faciant vobis bomines &c. Et similiter, omnis probibitio cuiuscunque malitiæ virtutum moralium contrariæ, ex quo talis est de lege naturæ, reduci babent ad iam dictum principium, & istud patet Mattb. vii°. Constat itaque boc principium, quod diximus continere & comprebendere omnia præcepta naturæ, & similiter probibitiones quascunque a natura constitutas.

Tbo. Hēri. Arist. v. etb. Matt. vii.

Sic quoque manifestum est, legem Christianam, quo ad agenda, esse legem naturalis rationis, cuius principium practicum omnium præceptorum, vel saltem illorum quæ sunt erga proximum est istud, Quæcunque vultis vt vobis faciāt bomines &c. vel istud, Diliges proximum tuum &c.

Scotus Quid autem dicat doctor subtilis Scot. quod præcepta secundæ tabulæ non

sint de iure naturæ, stricto modo, non curo pro nunc. Nolo enim insi/*stere contra istum virum, tum quia conuenit nobiscum in conclusione principali, & ferè omnes eius sequaces, tum quia rationes suæ in virtu/te soluuntur ab* Henrico Quodlibet.ii°.*(licet fuerit ante eum.) & quàm clarissime etiam a* Reuerendissimo Cardinali Gaetano *in* Commenta*riis eius super prima secundæ* Diui Thomæ. *hoc tamen habeo ab ipso* Scoto, *quod ex isto præcepto,* Diliges proximum tuum sicut teipsum, *formaliter sequantur illa præcepta* Decalogi. Nos *autem probauimus superius expresse istud præceptum,* Diliges proximum tuum sicut te*ipsum, esse de iure naturæ, & stricte, sicut & hoc præceptum,* Quod *tibi vis fieri, alteri facies &c. & taliter de iure naturæ, quod est omni/no indispensabile, quoniam eius vsus taliter se habet quod nunquam po/test esse malus in se nec ex causa, neque ex culpa ex parte hominis. nam quæcunque culpa vel causa cogitetur in homine, hoc semper est sal/uandum,* Hoc *facies alteri &c. (vt dicunt* Henricus, *& plures alii) & casus qui ponitur distinctio.xiii*ª.*cap.pri°. vbi dicitur,* Aduersus *naturale ius, nulla dispensatione admittatur, nisi forte duo mala ita te vrgeant vt alterum eorum sit necesse eligi, casus iste non potest verifi/cari in hoc naturali iure, videlicet,* Quod *tibi non vis fieri &c. quo/niam hæc lex præcipitur ipsi voluntati, & quia in omni casu est in li/bertate voluntatis, ideo non cadit aliqua dispensatio sicut forsan de aliis.* Et *cum dicitur in perplexitate,* De duobus malis minus malum est eli/gendum. *Interpretãdum est sic, cum ex causa & dispensatiue minus ma lum desinit esse malum, & incipit esse bonum, non sic autem potest se habere istud præceptum iam dictum.* Hæc *omnia posuimus ad denotan dum prædictum præceptum esse omnino indispensabile.* Quare *ergo ex isto* Articulo *patet omnia præcepta quæ sunt de iure naturæ, esse de iure* Euangelii, *& econtra, & sic tota lex euangelica est lex naturæ, (loquor autem de his quæ agenda sunt, & non de credendis) & patet etiam omnia præcepta naturæ &* Euangelii, *præcipue illa quæ sunt or/dinata erga proximum reducuntur ad istud practicum principium do/ctrinæ euangelicæ, videlicet,* Diliges proximum tuum sicut teipsum, *vel ad istud principium, quod idem est,* Quæcunque vultis vt faciant *vobis homines, & vos facite illis.* Notandum *est, hæc omnia dicta no/stra in præsenti* Articulo *esse consona doctrinæ* Diui Thomæ *& se/*

Hẽri.
Gaet.
Hẽri.

quacium, quibus maxime innittuntur aduersarii nostri. Hoc *autem fecimus vt magis clara sit veritas expositionis nostræ, probando & manifestando eam, ex principiis aduersariorum. Plura etiam dicemus de præceptis naturæ in secundo* Articulo, *ac de his quæ attinent ad substantiam* Euangelii, *nunc autem sit satis dictum.*

Explicit *primus* Articulus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVAERITVR *itaq; in hoc secundo* Articulo, *si illa duo præcepta, præcipue,* Leuiti. xviii°. *alterum de non reuelanda verecundia vxoris fratris defuncti, & alterum, de non ducenda sorore germana sint de iure* Euangelii, *& lege naturæ, ita q non possint a Summo* Pontifice *dispensari.* Ad *quod respondentes dicimus, q non, moti quibusdam rationibus, quarum solutionem intellectus noster non videt, & etiam quia argumenta, partem oppositam tenentium, sunt facillimæ solutionis.* Et *video (qd plus est)* Ecclesiam *ac* Summos Pontifices, *sanctissimos et doctissimos viros talia dispēsasse.* Accedamus *ergo ad rem nostram.* Si *hæc duo præcepta essent de indispensabili iure* Euangelii, *ac naturæ, tunc per se reducerentur ad illud principium naturale & euangelicum, sæpe sæpius repetitum in alio* Articulo, *videlicet,* Hoc *facies alteri quod tibi vis fieri, seu illi,* Diliges *proximum tuum sicut te ipsum, & deducerentur ex eodem principio, sicut cætera præcepta essentialia* Euangelii. *Sed hoc est manifeste falsum.* Et *demonstro sic, quærendo ab istis viris, quomodo sequatur ex hoc principio, videlicet,* Diliges *proximum tuum sicut teipsum, q non debeam accipere in vxorem sororem meam, vel vxorem fratris defuncti.* Nec vi-

deo aliquam repugnantiam in his, videlicet, quod accipiendo vxorem fratris defuncti, vel ducere sororem germanam oppugnet isti principio euangelico, Diliges proximum tuum sicut teipsum, vel huic, (quod est practicum principium totius legis) Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quare si præcepta supradicta de non ducenda sorore & vxore fratris, non reducantur ad illa principia legis euangelicæ, nec etiam opposita dictorum præceptorum repugnant prædictis principiis, non erunt substantialiter de iure Euangelii &c.

Sed adhuc strictius argumentamur probantes intentum nostrum, præcipue de præcepto illo de non ducenda vxore fratris sine liberis, & sic, lex Deuteronom. capite. xxv°. de suscitatione prolis fratris defuncti (stante illo Iudæorum statu) fuit de iure naturæ, & consonans principio in lege euangelica, quoniam in statu illo per talem legem maxima beneficia conferebantur defuncto sine liberis, suscitabatur enim proles, hedificabatur domus eius, nomen illius non delebatur ex Israel, particeps fiebat illius diuinæ benedictionis, ac eripiebatur ab ignomunia sterilitatis, & a quo debent contribui defuncto sine liberis hæc beneficia, nisi ab eo qui sit magis coniunctus illi in sanguine? sicut est frater germanus, qui gerat vicem personæ fratris defuncti, & suppleat defectum eius, & si fratres germani non adessent, tunc alius qui plus esset coniunctus illi, inter consanguineos, ducat vxorem eius pro suscitando semine; & sic intelligebatur lex prædicta, vt exponit Diuus Augustinus in Quæstionibus Deuteronomii. q. lxv°. & etiam est manifestum ex libro Ruth de ipso Booz. Stante ergo Iudæorum statu (vt diximus,) Lex illa Deuteronomii comprehendebatur sub hoc principio, scilicet, Quæcunque vultis faciant vobis homines, & vos facite illis. Nonne vellemus si moreremur sine filiis liberari ab illa maledictione, & consequi tot beneficia per fratrem germanum viuentem? Vtique ergo & nos faciamus illi. Expresse igitur constat, legem hanc Deute. existente illo Iudæorum statu, fuisse de iure naturæ. Et adduco pro huius rei confirmatione maximum signum, quoniam ante legem datam antiqui Patres et fideles, viuentes secundum legem naturæ, obseruabant legem prædictam, vt patet Gen. xxxviii°. de duobus filiis Iudæ. Et audite (quæso) quæ ibi scribuntur. Postquam enim accusata fuit Thamar

Aug. Ruth Gene.

de fornicatione & duceretur ad penam, misit ad socerum suum Iudam anulum, armilam, & baculum, quibus muneribus agnitis Iudas dixit, Iustior me est; volens ex hoc innuere ipsam Thamar obseruasse legem naturalis iustitiæ. Inquit enim, Iustior me est, & aßignat causam, quia non tradidi eam Sela filio meo. Tenebatur ergo tradere eam filio suo, & per quam legem obsecro? non per legem diuinam scriptam, vt patet, igitur per legem naturæ, tunc necessariam pro illo statu, & in cordibus hominum scriptam, quare (vt diximus) stante illo Iudæorum statu lex de ducenda vxore fratris defuncti sine liberis, fuit de iure naturæ, & per consequens deducitur q lex de non ducenda vxore fratris defuncti sine liberis, in illo statu, fuit contra legem naturæ, & est perspicuum hoc, quoniam si sunt duæ leges de directo oppugnantes & contradictoriæ, et altera sit de iure naturæ, altera erit contra legem naturæ. Sequitur itaq; q non ducere vxorem fratris defuncti sine liberis fuit pro tunc contra legem naturæ, sicut ducere vxorem fratris defuncti ad suscitandam
Gloss. *prolem fuit de iure naturæ, & ideo recte exponebatur per Glossam or*
Leui. *dinariam illud Leuit. xviii°. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, non intelligi de fratre defuncto sine liberis, sed de vxore repu*
Aug. *diata, & de vxore fratris cum liberis defuncti: quæ Glossa est Diui Augu st. in quæstioñ. super Leui. Nec valet fuga dicentium Diuum Aug. de hoc se retractaße, quoniam expreße falsum est. hæc enim sunt verba sua in lib. retractationum, de his loquẽs. Quos ideo sic appellare volui, quia ea quæ ibi disputantur magis quærenda proposui q̃ quæsita dissolui, q̃uis multo plura in eis mihi videãtur ita ptractata, vt poßint etiam*
Aug. *soluta & exposita non immerito iudicari hactenus ille. Et ibidem retractat quædam alia dicta in lib. quæstioñ. de his autem nulla fit mentio. Vbi est ergo hæc retractatio? Ex his dictis ruit in totum responsio aliquorum, qui dicunt, q quædam sunt de iure naturæ stricte, & talia sunt vel principia practica nota ex terminis, vel conclusiones ex illis principiis formaliter deductæ, quædam autem sunt de iure naturæ large; & sunt illa quæ lʒ non sint aut principia practica, aut conclusiones deductæ, sunt tamen maxime conformia illis principiis practicis, & sic sunt de iure naturæ aliquo pacto, & sic volunt fuiße de iure naturæ præceptum illud Leuit. de non ducenda vxore fratris. Aßumunt autem isti*
Scotus *hanc distin. a Doct. Subtili. iii°. Sentẽ. distin. xxxvii°. sed hoc nihil est*

ad rationem nostram, quia istud præceptum de non accipienda fratris defuncti, tunc non solum non fuit conforme, sed fuit maxime difforme illi principio naturæ & nostræ legis euangelicæ, puta, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, vel huic, Quæcunque vultis faciant vobis &c. Nam satis probauimus, præceptum Deuter. cap. xxv°. de ducenda vxore fratris ad suscitandam prolem fuisse (stante Iudæorum statu) de iure naturæ, & per consequens fuit maxime conforme principio illo naturæ & euangelii. s. Quæcunque vultis. & ideo præceptum de non accipienda vxore fratris sine filiis mortui, erat difforme illi eidem principio practico. Et probatur ratio, quoniam si sunt duo opposita, & alterum illorum sit conforme alicui principio naturæ, alterum erit eidem difforme, & hoc est manifestum ex terminis, quare &c. Et aduertas, quod istud ius naturæ, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines &c. non solum est principium legis euangelicæ, sed etiam est principium legis in statu Iudæorum quo ad moralia, immo in statu innocentiæ & naturæ non lapsæ, ideo est ius simpliciter naturæ indispensabile pro quocunque statu humano. Sed dices legem Deuter. iam cessare, concedimus & nos istud, & legem illam non amplius obligare dicimus, quia iam cessauit ratio legis (vt inquit Tertul. in lib. de monogamia. & Aug. contra Faustum.) Et si instaretur sic, fuit lex naturæ, ergo non debuit cessare. Respondemus, fuisse legem naturæ, stante Iudæorum statu, sed nō simpliciter. Nunc autem ammotus est status Iudæorum, ideo ammota est ratio legis, & sic debet remoueri etiam lex, nec dicimus, in virtute legis Deuteroñ. ecclesiam concessisse fratrem ducere relictam fratris, sed alia de causa (vt infra dicemus.) Et si vltra hoc adhuc responderes, vt mihi dicebat Reuerendiss. Orator Sereniss. Regis Angliæ, quod ducere vxorem fratris defuncti est contra istud principium naturale, Quod tibi non vis &c. cum fiat iniuria ipsi defuncto, quia nollet vxorem suam, ipso mortuo, cum fratre suo in coniugium iungi. Respondetur, nullam iniuriam fieri fratri defuncto, quia mortuo viro mulier non est amplius alligata, dicente Apost. ad Rom. vii°. quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Et ad Corint. vii°. si dormierit vir eius liberata est a lege, cui autem vult nubat &c. Et ad illud quod frater nollet vxorem suam nubere fratri suo, dicemus falsum esse, nisi forsan talis volitio

Tert. Aug.

Ad romanos vii. Cori. vii.

procederet tm̄ ex puro appetitu sensitiuo, aut ex amore carnali, & non ex recta ratione, quoniam recta ratio permittit mulierem nubere posse, & quandoq; debere alteri, viro suo defuncto, vt dictum est, quare &c. Præterea, *Si præcepta illa iam dicta essent sic de indispensabili iure naturæ (vt dicunt) tunc* Gentiles *solummodo innittentes legi naturæ non possent contrahere matrimonium in primo gradu in linea colaterali consanguinitatis, & in primo gradu affinitatis in eadem linea, nec etiam antiqui patres fideles, qui legem* Mosaycam *præcesserunt, potuissent contrahere cum huiusmodi consanguineis & affinibus, quoniam tam* Gentiles *q̄ patres illi tenebantur legi naturæ; sed consequens est falsum.* Et *primo incipiam a patribus antiquis ad ꝓbandum intentum.* Deinde, *dicemus de* Gentilibus. Patres *itaq; antiqui & fideles ante legem datam, duxerunt sorores & relictas fratrum.* Dimittamus *Caym, quia forsan diceres, fuit necessarium ei, dum non erant aliæ mulieres, nisi sorores, & erat postea præceptum de multiplicatione humani generis: quæ responsio non est mihi sufficiens, sed transeat pro nunc.* Quid *dicemus de* Abraam, *qui accepit sororem germanam in vxorem?* Nec *valet respō sio quorundam, dicentes, Saram non fuisse sororem germanam Abraæ, sed neptem .s. filiam fratris sui* Aram. Hoc *enim falsum est (cum summa reuerentia loquor,) quoniam ipse* Abraam *respondens* Abimelech

Gene. *dixit, vt patet* Gen̄. *cap. xx°.* Alias *autem, & vere soror mea est, & exponens de qua sorore loqueretur, (vt tolleret equiuocationem) subdit,* Filia *patris mei, & non matris meæ, & duxi eam in vxorem.* Mirum *est, si fuit neptis eius, q̄ non dixit, filia fratris mei, & non dicere, filia patris mei: quoniam dum* Abraam *dixit,* Dic *q̄ soror mea sis, tacuit veritatem, & non dixit mendacium. xxxii°. q. ii°. quæritur. & sunt verba*

Aug. Gloss. Diui Aug. *Et nomen, soror, equiuocum est, vt patet in* Glossa *ibidem.* Abraam *igitur per illa verba* Gene. *xx°. ꝓtulit veritatem quam tacuerat, (cum dixit,)* Et *duxi eam in vxorem,* Et *abstulit equiuocationem ab illo nomine, soror, dum dixit,* Filia *patris mei, & non matris meæ, & sic* Abraam *voluit exponere, quomodo* Sara *esset soror sua germana, & verum dixisset ipsi* Abimelech, *& hoc per illa verba,* Filia *patris mei, & non filia matris meæ. erat ergo* Sara *soror germana* Abraæ *ex parte patris, & non matris.* Habemus *etiam pro huius rei testimonio Sanctissimum virum* Ambro. *in* Epistola *ad* Paternum. *lib. viii°.*

Amb.

qui vult

qui vult ꝙ sit magis inconsonans, ꝙ eadem mulier sit neptis & vxor, ꝙ̄ ꝙ eadem mulier sit soror & coniunx, non loquens de nepte quæ sit filia filii, sed filia sororis. Dicit enim ibi *hæc verba, Illud tamen, licet in veteri testamento legimus, vt aliquis vxorem suam sororem diceret, istud in auditum vt quisquam neptem suam in vxorem accipiat, & coniugem dicat.* Ecce ꝙ̄ *plane vult.* D. Ambro. *ꝙ in veteri lege nullus neptem suam in vxorem acceperit, sed bene sororem suam & vxorem diceret, & hoc ꝓpter illud quod dicitur de Abraam, tamen* Diuus Augu. *tenet ꝙ fuerit filia* Aram *fratris* Abrææ *in quæstio. super* Gene. Non me latet etiam *quod dicit* Diuus Hiero. *in* Epist. *contra* Heluidium, *quem sequitur* Nico. Lirañ. (*Sed quandoq;* Bonus *dormitat* Homerus) *& ipse.* D. Hiero. *ait in lib. hæb. quæstio. ꝙ tempore* Abrææ *connubia fratrum & sororum erant licita.* Et *si respondetur ad* Diuum Ambro. *ꝙ* Othoniel *habuit* Ansam *in vxorem, filiam fratris sui* Caleph. *Dicimus nos, ꝙ iste vir qui sic dicit, non bene aduertit, quoniam* Othoniel *&* Caleph *non fuerunt fratres germani,* Othoniel *enim fuit filius* Cenem, *vt patet* Iudi. pri°. Caleph *autem fuit filius* Iephone, *vt patet* Iosue. xiiii°. *in hoc ergo teneo cum.* D. Ambro. *ꝓp expressa verba* Scripturæ. Etiam Tho. de Argē. *asserit hoc idem. s. Saram fuisse sororem germanam* Abrææ. *Adhuc occurit pro intento nostro illud quod legitur. ii°.* Regum. *capit. xiii°. de* Thamar *sorore* Amnon, *& filia* David, *quæ quidem dixit fratri suo volenti opprimere eam,* Loquere *ad* Regem, *& non negabit me tibi.* Nec *sufficit responsio aduersariorum.* Primo *dicunt,* Thamar *non fuit filia* Dauid, *sed nutrita ab eo veluti filia, vel* Thamar *(inquiunt) hoc dicens, errabat; sed ꝙ sit vere filia* Dauid *patet ex his quæ ibidem habentur, cum dicitur, ꝙ erat soror* Absalon, *& signum expressissimum est ꝙ* Thamar *fuerit soror germana ipsius* Absalon, *tam ex parte patris ꝙ̄ matris, ipsius autem* Amnon *tm̄ ex parte patris, quia* Absalon *prius indignatus, non loquebatur ad* Amnon *nec bonum nec malum, & tanta ira commotus postea occidit eum.* Item Thamar *induta erat talari tunica, & huiusmodi vestibus tm̄ filiæ* Regis *virgines vtebantur.* Item *cum audisset hæc* Rex Dauid, *contristatus est valde, vt ibidem habetur.* Item *post factum,* Thamar *mansit contabescens in domo* Absalon *fratris sui, signum est, ꝙ eadem quæ erat mater* Absalon *erat etiam mater* Thamar, *et* Macha *mater* Absalon *non legitur vxor*

Amb. Aug. Hier. Nico. de Ly. Iu. pri°. Iosue. xiiii°. Th. de argē. Re. ii°.

fuisse alicuius, præter David, sicut legitur de Abigail, quæ fuit prius uxor Nabal, & de Bersabea uxore Vriæ. Ecce ergo coniecturam expressam videmus illius quod diximus. Nec est dicendum ꝙ Thamar ex ignorantia loquuta fuerit educata in curia tam sapientissimi Regis, & nesciuerit hoc nephas esse, & contra legem indispensabilem naturæ. Nonne sciuit, ꝙ non erat fas in Israel vt virgo aliqua opprimeretur? sicut ipsa eadem ibidem ait, Noli frater mi opprimere me, nec enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiam hãc. sciuit ergo vtrũq;. quare &c. Concludamus igitur talia præcepta non esse de iure indispensabili naturæ, sed sunt mandata consona, vt in pluribus bonis moribus, in casu tamen dispensabilia, vt infra magis dicemus.

Nunc autem videamus aliam partem consequentis superius illati. Et probatur, illam esse falsam, quoniam posito ꝙ aliqui Gentiles infra prædictos gradus in lege prohibitos copulati, ad fidem Christianam conuerterentur, Ecclesia non pateretur eos manere coniunctos, modo sic est, ꝙ Ecclesia & patitur huiusmodi coniugia, & dispensat, vt habetur extra de diuor. in. c. fi. Et Gregorius dispensauit in gentem Anglorum. Et Innocẽtius, tertius, in Ecclesia Liuoniẽsi idem fecit, sequutus vestigia Gregorii, vt ibidem manifestum est. Nolo autem adducere (ob breuitatem) verba sua, Martinus, quintus, & plurimi Summi Pontifices, hoc idem fecerunt, quare prohibitio illa de non accipienda relicta fratris, non erit de indispensabili iure naturæ.

Tex. extra de diuor.

Præterea. si præceptum seu ꝓhibitio de non accipienda uxore fratris defuncti esset de indispensabili lege naturæ et Euangelii, tũc reduceretur ꝑ se ad decem præcepta Decalogi, qm̃ oẽ qđ est ꝑ se & immutabiliter de substantia Euãgelii, aut est principiũ in tali lege, aut cõclusio necessario et ineuitabiliter deducta, præceptum iam dictum nõ est principium in tali lege, vt notũ est. Erit ergo conclusio ineuitabiliter deducta, si attinet ad substãtiam Euãgelii (vt dicis) et sic reducetur ad aliqđ præceptum ꝑ se. Sed peto nunc, ad quod illorum debet essentialiter reduci, tanquam conclusio necessario sequens. Responderes forsitan, Ad sextum præceptum, quod est, non mœchari, quia per prohibitionem adulterii (dices) intelligitur esse prohibitus omnis inordinatus concubitus. Hæc responsio nihil est, quoniam coniunctio fratris cum uxore germani defuncti sine liberis, non semper fuit illicita, & per consequens, non semper

fuit inordinata. ergo tunc & pro illo casu non prohibetur per hanc prohibitionem. s. Non mœchaberis. igitur non erit conclusio necessario & ineuitabiliter sequens ex isto præcepto iam dicto, puta, Non mœchaberis. Sed de hoc magis infra declarabimus.

Aduertendum est pro clariori notitia illorum quæ dicemus et dicta sunt, ꝙ lꝫ præcepta de non ducenda sorore germana, & de non ducenda vxore fratris defuncti non sint de ineuitabili iure naturæ, tñ aliqua præcepta sunt illius cap. xviii. Leui. quæ quidem sunt de indispẽsabili iure naturæ & Euangelii. nam illa præcepta de non reuelanda verecundia patris & matris, & aliqua alia ibidem, sunt strictissimæ leges naturæ. De primis patet, quia ex destructione harum legum sequitur destructio illius præcepti, de honore parentum, quod est de iure diuino, naturæ, ac Euangelii, vt probauimus superius. Qđ sequatur, hoc clarum est, quoniam si pater ducit filiam, tunc fiunt ambo vnum in carne, & obligantur mutuo reddere debitum. vt ait Apost. ad Corin. vii°. Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier & quæ sequuntur, & sic auferetur naturalis honor siue reuerẽtia, quam debet filia patri. Maius autem inconueniens est (vt omnes asserunt) filium ducere matrem, cum (vt ait Apost.) Vir sit caput mulieris, & tunc mater erit subiecta filio, qđ est contra naturam; taliter ꝙ quædam animalia abhorrent copulare se matri. Et patet per illud quod narrat Philosophus. viii°. de animalibus. de Chamelo, & de Equo, videas ibidem. Sic ergo præcepta hæc sunt maxime de lege naturæ; & nunquam legitur in Sacra Scriptura hoc dispensatum. Vnde Adam inspiratus dixit, vt habetur Gene. cap. ii°. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori, excludens propter hoc coniunctionem cum patre & matre, & prohibitionem talem esse de ineuitabili iure naturæ. Et lꝫ Loth cognouerit vtranque filiam suam hoc fuit ex ebrietate, & tanquam factum pessimum reprehenditur incæstus ille, & ex filiis genitis, Moabitæ & Amonitæ processerunt, qui pessimi homines fuerunt, & persecutores filiorum Dei in pœna peccati. Ait autem Diuus Ambro. & ponitur distin. xxxv. cap. dic. Regeneratrix fuit pessima, quod exponitur in Glossa Ordinaria. quia ebrietas quæ generauit incæstum fuit pessima, incæstus autem fuit deterior. Sed illa duo præcepta, alterꝝ de non ducenda sorore germana, & alterꝝ de non accipiẽda vxore fratris defuncti, teneo ꝙ non sint de indispensa

Paul. ad Corinth.

Paul.

Arist. viii. đ aïalib.

Gene.

Loth.

Amb. Gloss.

bili iure naturæ, vt in parte ostẽdimus, & infra magis demonstrabimus. Præterea, si respiciemus leges Gentilium, expresse videbimus, ꝙ ducere sororem aut vxorem fratris nõ sit de indispensabili iure naturæ. Nolo autem adducere in medium connubia Parthorum, Persarum, & aliarum Barbarorum nationum; qui qdem Barbari, nõ solum sorores, sed matres, ac filias in matrimonio copulabãt. Gens hæc ferina contra legẽ naturæ viuebat. Sed quæro, quæ nãqꝫ politia fuerit melius instituta, et a Sapientioribus recta, et quæ Respu. fuit melius legibus decorata ꝙ̃ Ciuitas Atheniẽsium, quibus sapientissimus Solon leges dedit: & tamen permittebatur ex consuetudine & lege fratrem ducere sororem germanam. Recitat nempe Hæmilius Probus in Epithomate Plutarchi, ꝙ Cimon Rex Atheniensium duxit sororem germanam, & hoc ex permissione legis. Quid dicemus hic? Volumus ne tenere Solonem & Athenienses sapientissimos viros permisisse hoc cõtra indispẽsabilem legem naturæ, & traheretur in consuetudinem? Certe non est dicendum. Et similiter leges in Romana Republica permittebant istud, vt ait Diuus Gregorius, ad Augustinum, Anglorum Episcopum. Et si adduces illud Arist. ii°. Politi. scelus esse non modicum, matrem ac sororem agnoscere. Cõcedimus nos verum esse, qm̃ ducere matrem est simpliciter contra legem naturæ, vt iam diximus. Agnoscere aũt sororem, & trahere hoc in consuetudinem, & ducere in vxorem indifferenter, sicut cæteras mulieres, hoc malum est, & non modicum, & est contra legem naturæ: sed de hoc magis infra.

Solon

Hæmilius ps bus

Greg.

Arist. ii°. Politico.

Sed nos volumus ꝙ hæc duo præcepta de non ducendis sorore germana, & vxore fratris non sint simpliciter indispensabiles leges naturæ, & volumus in casu aliquo esse bonum & congruum ducere; & illorum oppositum, puta, non ducere vxorem fratris esse malum, ideo quandoqꝫ sunt dispensabilia, immo si tunc non dispensarentur esset quodammodo contra legem naturæ (vt mox dicemus.) Recte tamen Respublica Christiana instituit vt non possimus accipere sororem, nec vxorem fratris, quoniam hoc bonum est & consonum bonis moribus.

Vnde aduertendum est, ꝙ quædam sunt pura bona, & quædam pura mala, & in his nullam debere fieri hominibus obedientiam, vt ait Diuus Bernardus in Episto. ad Adam Monachum. Quoniam nec illa (inquit) omittenda sunt, etiam cum prohibentur, nec ista vel cum iubentur committenda. Inter autem hæc duo sunt media quædam.

Bern.

Vñ adhuc sciendum est ꝙ inter bonum simpliciter licitum, et malum simpliciter illicitum est triplex medium: quoddam q̄d est simpliciter bonum & licitum, malum aũt in casu: quoddam vero q̄d est simpliciter malum & illicitum, bonum aũt in casu; & quoddam est medium inter ista duo; quãtum est de se indifferẽs oĩno, nec bonum simpliciter, neq̃ malum simpliciter, & ita licitũ ꝑ indifferẽtiam, ꝙ ex casu posset esse bonum, et ita licitum quo ad quid, sicut erat tactus ligni sciẽtiæ boni & mali, qui quãtum est ex se oĩno fuit indifferẽs, fuisset aũt bonus & licitus tanquam opportunus ad tactũ, si fuisset præceptus, sicut malus fuit & illicitus tanq̃ pniciosus ad tactum postq̃ fuit ꝓhibitus. Est igitur aliq̄d bonum simpl'r et absolute, quia est de genere legis naturæ, q̄d tñ malum põt esse in casu: & similiter, aliq̄d est malum simpliciter & absolute, quia ꝓhibitum a lege nature, & tamen bonum potest esse in casu. Q̄d autem hoc verum sit q̃ clarissime probatur; & quia loquimur de lege naturæ, non est hic prætermittendus Arist. Asserit enim iste Philosophus in fine. v. Ethic. dari virtutem ẽt directiuam legis naturæ, & vt recte intelligatur. Est notãdum scd̃m Eustr. in fi. v. Ethi. & etiam Auer. ibidem, & in aliis locis, ꝙ natura nunq̃ peccat in suis oꝑationibus, vñ si monstra eueniunt malitia non ꝓuenit a natura, sed ab impedimẽto sibi accidente, imo natura semꝑ facit de sibi possibilibus q̄d melius est, vñ quãuis non faciat rectum, q̄a impedita non põt, tñ facit semꝑ recte, cum faciat q̄d melius facere potest. Arist. v. Ethi. Eustr. Auer.

Vlterius, est notandum ꝙ ius naturale potest dici dupliciter. Vno modo ꝓut consonat operi naturæ, scd̃m omnem casum, & tale ius siue iustum lege comprehendi, & terminari non potest, sicut dicunt Eustra. Auer. & Ma. Alber. q̄m sicut natura scd̃m diuersos casus ex diuersis impedimentis contingentibus ꝓuenientes diuersis modis operatur, sic ius vel iustum naturale diuersum est apud diuersos casus cõtingentes, & a regula cõi excipientes. Casus autem illi tante possunt diuersitatis accidere ꝙ legislator eos præuidere non põt. Aliter autem dicitur ius vel iustum naturale q̄d consonat opi cõi naturæ, s. opi illi in quo natura nõ fuerit impedita, et tale iustum lege cõprehẽditur & ꝓfertur, & ipsum sic acceptum & ꝓlatum, non est semꝑ et in oĩ casu iustum, neq̃ tenendum, sicut enim natura nõ semꝑ in ope suo regulam cõem obseruat, sed illam regulam diuersificat & modificat si impedimenta occurrant vt semper faciat de possibilibus quod melius est, ita illud commune ius si impedimenta contingant, Eustr. Auer. Albertus magnus.

diuersificandum est & modificandum, vt iuxta contingens impedimentum semper fiat quod melius fieri potest. sicut ergo natura secundum communem regulam format manum quinque digitorum, propter casum tamen quandoque format in manu sex digitos, aut quattuor tm̄, sic scd'm communem regulam iuris naturalis reddendum est vnicuique quod suum est, sed tamen propter casum contingentem aliquando non est reddendum, vt si furiosus aliquis factus, gladium suum reposcat. Dicendum est ergo q; capiendo iustum siue ius naturale primo modo, ipsum est semper iustum, & omne sibi contrarium est semper iniustum, propter qđ in eo nulla directio seu dispensatio habet locum. Sed si ius naturale capiatur secundo modo, tunc indiget aliquando directione & correctione, seu dispensatione propter casus communi regulæ repugnantes. nam de iure naturæ est, q; omnia sint communia. vnde. M. Tul. Offic. pri° sic inquit. Sunt autem priuata nulla natura, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, vt qui bello potiti sunt, aut lege, aut pactione, aut conditione, & sorte. Hæc ille. Hoc autem ius naturale indiguit correctione, vt probat Arist. ii°. Politic. ideo Tul. pri° de officiis. dicit; q; eorum quæ alicui propria facta sunt si quis appetat violabit ius humanæ societatis. Item de iure naturæ est a nullo auferre quod suum est: hoc tamen patitur instantiam & indiget correctione seu dispensatione: esset enim a furioso volente interficere innocentem gladius proprius auferendus. Est etiam aduertendum, q; sicut aliqua sunt opera naturæ, quibus impedimentum contingere non potest, vt q; Sol qualibet die oriatur, & Luna quolibet mense, proprium perficiat circulum; sic quædam sunt iura naturalia quæ communiter lege prolata & lege scripta nunquam deficiunt, verbi gratia, q; secundum virtutem est operandum, q; mandatis diuinis est obediendum; similiter in negatiuis, q; non est inuidendum, q; non est adulterandum & sic de consimilibus, quæ sicut dicitur. ii°. Ethic. confestim nominata, conuoluta sunt cum malitia, propter quod in talibus non habet locum dispensatio, vt dicit Diuus Bernar. vbi supra. Ex his igitur manifestum est, q; præter pura bona & pura mala, quædam sunt simpliciter bona & de iure naturæ, & tamen in casu sunt mala & dispensabilia: & quædam sunt simpliciter mala, & contra legem naturæ, & tamen in casu sunt bona & dispensabilia. Et quamuis lex illa quæ prohibet, q; est sim-

Tull. pri° officiorum.

Arist.

Tull. pri° officiorum.

Ethica ii°.

Bern.

pliciter malum aliquando fallat, nihilominus recta est & iusta, & quod fal lat non est ex parte sui, sed ex parte materiæ rei mutabilis, de qua sunt legis edicta. Et in fine .ii. Ethic. *Commentator Græcus, & Commenta tor Arabicus, ponunt plura exempla. videas ibi.* Et non solum hoc ve rum est, secundum sententiam Philosophorum; sed etiam Patres hortodoxi, & Theologi celeberrimi confirmant istud, Quoniam ordo graduum ecclesiasticorum, qui est ex lege diuinæ ordinationis, ad instar Hierarchiæ cælestis ordinatus, est simpliciter bonus, vt dicit Diuus Bernardus lib. iii°. de consideratione. ad Eugenium Papam, sic loquēs, *Erras si vt summam, ita & solam institutam a Deo tuam Apostolicam potestatem existimas, non tua sola potestas a domino, sunt & mediocres, sunt & inferiores, nec vilem reputes formam hanc, quia in terra est, exemplar habet in cælo, sicut illic Seraphin, & Cherubin, ac cæteri quique vsque ad Archangelos & Angelos ordinantur sub capite Deo, ita hic quoque sub vno Summo Pontifice Primates, vel Patriarchæ, Archi episcopi, Episcopi, Præsbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum. Non est paruipendendum quod & Deum habet authorem, & de cælo ducit originem, quod si dicat Episcopus, nolo esse sub Archiepiscopo, Abbas, nolo obedire Episcopo, hoc de cælo non est, nisi tu forte Angelorum quempiam dicentem audisti, nolo esse sub Archangelis. Hæc ille.* Ethic. ii°. Bern.

Est ergo plane talis ordo simpliciter bonus, quia de iure diuino, & legis naturæ, & tamen in casu potest esse malus vt non expediat quod iste Abbas sit sub illo Episcopo, vnde & in hoc Papa dispensat, & Abbatem eximit ne sub Episcopo sit: & ideo Diuus Bernar. qui visus est sic ordinare dictos ordines ex iure diuino, sibiipsi opponens subdit, exponendo, quādo in talibus dispensatio habet locum, & quando non, dicens, *Quid inquis, prohibes dispensare? non, sed dissipare; non sum tam rudis vt ignorem, positos vos dispensatores, sed in hedificationem, non in destructionem, vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est, vbi vtilitas prouocat, dispensatio laudabilis est; vtilitas dico communis, non propria.* Hæc Diuus Bernardus. Vult ergo quod in illo ordine simpliciter bono, & de iure diuino, in casu rationabiliter dispensandum est, vt plane dicit in Epistola ad Medistanenses. *Plenitudo (inquit) potestatis super vniuersales orbis ecclesias, singulari prærogatiua Apostolicæ Sedi donata est, potest, si vtile iudicauerit, nouos ordinare Episcopatus, vbi hactenus non* Bern. Bern.

fuerunt, potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout sibi ratio dictauerit. Hæc ille. Item aliquid est simpliciter malum, & tamen in casu est bonum, vt hominem occidere est simpliciter malum, & in casu est bonum, cum quis est publicus hostis, in quo dispensat cum iudice ius cōmune diuinum, vt liceat eum occidere, vel etiam cum toto populo, scd̃m

Aug. Bern. Aug. pri° de libero arbitrio. Et. D. Bernar. in Epist. ad Theobaldum.

Amb. Item Diuus Ambr. in Epist. ad Paternum. lib. viii°. & est Epist. lxvi°. tenet ꝙ ꝓhibitio qua auunculus non potest ducere filiam sororis in vxorem sit de lege naturæ, & ꝙ illud prohibitum sit quadam voce naturæ,

Amb. lꝫ non lege scripta, vt patet per verba sua ibidem. Et idem Diuus Ambro. tenet etiam in eadem Epist. fuisse dispensatam hanc prohibitionem sine præiudicio legis. Ait enim ibi, Sed dicis (inquit) alicui relaxatum est, verum hoc legi non præiudicat; quod enim in commune statuitur, illi tm̃ proficit cui relaxatum videtur. Ecce quàm plane Sanctus Amb. asserit, aliquam legem naturæ posse dispensari absq̧ præiudicio legis.

Amb. Item prohibitio ꝙ non teneantur plura beneficia, est de iure diuino &

Paul. naturæ, quia propter seruitia sunt beneficia, vt ait Apost. Qui altario seruiunt, de altario viuant. Cum igitur vix sit aliquis qui vnicum beneficium in vnica Ecclesia ad plenum deseruire sufficiat, vt opus est; & sic contra regularem equitatem iuris naturalis est, vt in eadem ecclesia quis plura habeat beneficia, & tamen potest & debet ab Ecclesia di

Bern. spensari. vnde Bernar. in Epist. ad Theobaldum, Comitem. Honores & dignitates ecclesiasticas, non ignoro, debere his, qui eas digne scd̃m Deum, administrare, & velint, & possint, porrho eas acquiri paruulo vestro, præcibus meis, vel vestris, nec vobis iustum, nec mihi tutum esse noueritis, nam neque cuiquam vel adulto, plures in pluribus ecclesiis habere licet, nisi dispensatorie quidem ob magnam vel ecclesiæ necessitatem, vel personæ vtilitatem. Hactenus ille.

Item, in voto castitatis si aliqua fecerit votum continentiæ, solennizatum per professionem, probibetur a iure diuino vt non mutetur, quia semel sanctificatum Deo, non potest in alios vsus commutari, vt dicia

Leui. tur Leuit. vlti. & tamen circa hoc cadit dispensatio, quia illud bonum continentiæ potest recompensari per euitationem maioris mali, vel per acquisitionem boni maioris, verbi gratia, Recompensatur bonum castitatis solenniter professæ, quando ne fiat seditio in Eccle[si]a, Regibus adinuicem

adinuicem sese debellantibus & Rempublicam & Ecclesiam deuastantibus, virgo ꝓfessa solenniter, filia vnius, alteri datur in vxorem, vt per hoc pax & concordia habeatur; similiter, q̄ñ virgo professa datur Regi infideli in vxorem, si huius occasione conuertatur ipse & populus suus, aliter non conuertendus, in quo non solum fit abundans recompensatio Reipublicæ, sed etiam pro continentia sua ipsi personæ cum qua dispensatur, plus enim habet de merito in hoc, prælato superiori Ecclesiæ obediendo, & bonum Reipublicæ obedienter procurando, quàm continentiam priuatam, quantumcunq; deuote custodiendo, immo si se in hoc opponeret Ecclesiæ, ammitteret meritum castitatis, dicente Diuo Aug. in Sermone de obedientia. Vna obedientia plus valet quàm omnes virtutes, ieiunium, aut continentia, nisi diligenter attenderis, superbiam tibi facit. Hæc Diuus Aug. Habemus etiam exemplum ad hoc in pri° Machab. cap. ii°. de eo quod est malum ex probibitione diuina, & habet casus in quibus probibitio non est seruanda, vbi dicitur, ꝙ exercitus Regis Antiochi constituit prælium aduersus Iudæos in die sabbato, qui non resliterunt ei, nec lapidem miserunt, dicentes, Moriamur omnes in simplicitate nostra, & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filii, & peccora eorum, vsq; ad mille animas hominum. Et subditur, Et cogitauerunt in die illa dicentes, (Quasi exponentes & determinātes casum in quo licitum erat dispensare legem, sic dixerunt,) Omnis homo quicunq; venerit ad nos in bello, die Sabbatorum, pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri. Ecce quàm planum est ex verissima doctrina legis naturæ, quomodo potest aliquid esse malum simpliciter, & probibendum quia malum, & hoc per dictum vniuersale legis; quod tamen in casu malum non est, sed bonum, & quandoque faciendum, & aliquod simpliciter bonum & de iure naturæ, in casu autem malum. Et confirmatur istud dist. xiii. cap. pri°. vbi dicitur. Aduersus naturale ius, nulla dispensatione admittatur, nisi forte, duo mala ita te vrgeant vt alterũ eorum necesse sit eligi, & tunc minus malum desinit esse malum & incipit esse bonum, vt dicit Glossator, & sic iuste fit dispensatio. Theologi quoque præcipui hocidem asserunt. Ipse etiam Diuus Tho. expresse concedit in pri*. ii*. q. xciiii*. arti. iiii°. Henricus de Gandauo Quodlib. ii°. q. xvii*. Egidius Rom. in tracta. de Exemp. Ioan. Bachon in iiii°. senten. distin. pri*. q. pri*. Alber. Ma-*

Aug.
Aug.
Macb. pri°.
Glos.
Tho.
Henri.
Egidi.
I. bac.
Al. magnus.

nes consanguineorum & affinium non congruunt, nisi naturæ humanæ corruptæ, & non naturæ integræ, & ideo simpliciter accidunt sibi: & sic non est mirum si in casu quandoque deficiant & debeant dispensari. quare &c.

Vlterius notandum pro responsione, & satisfactione ad rationes aduersariorum, & dilucidatione positionis nostræ, quod post aduentum Christi cessauit lex Deuteronomii, de ducenda vxore fratris defuncti, quia cessauit ratio legis quæ erat necessaria pro illo statu. Sed potest nunc accidere alia congrua ratio, puta, vt auferantur lites & discordiæ, quibus subuertuntur Vrbes & Regna, & vt firmetur pax & amicitia inter diuersas nationes, & vt amplietur cultus fidei, ob quam causam dispensauit Innocentius populos Liuoniensium, & Diuus Gregorius gentem Anglorum. Vel potest contingere alia vrgens causa similis, prout videbitur expedire Capiti Ecclesiæ Catholicæ, & Vicario Dei. Lex itaque de non ducenda vxore fratris etiam defuncti sine liberis, extra statum Iudæorum, est vt in pluribus, consona bonis moribus, & conformis est, vt in pluribus, huic principio legis naturalis, scilicet, seruanda & augenda est amicitia inter homines, ideo est quid bonum vt in pluribus, & sic appellatur bonum simpliciter, & ita dicitur bonum de lege naturæ, quia bonum simpliciter, & vt in pluribus, est bonum de iure naturæ; Sicut etiam lex de non accipienda filia fratris, vel sororis, & lex quæ prohibet consobrinos & patrueles copulari, sunt leges conformes vt in pluribus bonis moribus, & sunt bonæ simpliciter, & sic merito a Patribus orthodoxis appellantur leges naturæ, & morales dicuntur quandoque; & quia prohibita per tales leges sunt illicita, & mala vt in pluribus, ideo sunt mala simpliciter, & illicita, & sic dicuntur prohibita a natura quandoque, & quia in casu bona sunt, & licita, ideo possunt, & debent dispensari, & tota schola Theologorum & Canonistarum concedit, legem quæ prohibet patrueles coniungi, & consobrinos copulari, & patruum cum nepte, ac auunculum cum sororis filia, posse quandoque dispensari, & hoc ex consensu Patrum orthodoxorum.

Item est notandum, quia lex euangelica præcipit viuere secundum omnem virtutem, & prohibet omnem malitiam contrariam, ideo aliquo pa

cto iste probitiones Leuiti.xviii°.possunt reduci ad legem euangeli/cam,ac etiam aliæ probitiones vsq; ad quartum gradum; est tamen la titudo inter illas, & sic intellexerunt orthodoxi Patres & sanctissimi viri,nihilominus hoc non tollit dispensabilitatem in casu, sicut possunt dispensari quædam, quæ expresse habentur in Euangelio per authori/tatem latissimam Ecclesiæ. De hoc videas Ioã. Roffensem, Ioã. Echium & Ioan. Cocleum, ac Ioã. Pogium. Nos etiam in libro quem scribimus contra assertionem Lutheranam,plura adducimus. Istæ autem probibi tiones,iam dictæ,non habentur expresse in Euangelio, vt testatur Di/uus Aug.xv°.de ciui.dei.cap.xvi°.& habetur.xxxv.q.pri². cum igi tur. nec sunt conclusiones per se & necessario deductæ, aut deducibi/les ex illo principio indispensabili Euangelii & naturæ .s. Quæcunq; vultis faciant vobis homines &c. vel , Diliges proximum tuum sicut teipsum, (vt iam diximus.) quare &c.

Io.roffensis. Io. Ecchius. Io.Cocleus. Io.Pogius. Aug. Gra/tianus

Vlterius,formo hanc rationem,ad probandum intentum meum. Pluri/mi Theologi & Canonistæ tenent in suis scriptis,legem de non ducenda vxore fratris defuncti, esse dispensabilem in casu . Legi ego plusq; decem & octo Doctores celeberrimos,qui super Sententias scripserunt, & eorum scripta in cathedris,publice,leguntur:qui quidem sunt huius opinionis. Ad partem oppositam sunt etiam plurimi Doctores qui te/nent, legem iam dictam, non esse dispensabilem. Quis ergo iudex de/bet hanc litem dirimere,& de medio tollere,nisi ille qui vniuersæ Ec/clesiæ præest? sicut quæstio fidei,de fide exorta, habet determinari a Sũ mo Pontifice , ad quem referuntur maiores & difficiliores Ecclesiæ quæstiones , qui habet plenariam potestatem a Deo pascendi oues suas, ligandi , atq; soluendi; ita idem Summus Pontifex , caput & princeps vniuersalis Ecclesiæ, habet determinare quæstiones exortas de mori/bus, sicut est ista, An possit quandoq; dispensari, q frater ducat vxo/rem fratris defuncti;Sed in rei veritate, hæc quæstio diffinita & deter minata est , iam pluries , per Summos Pontifices . Nonne hæc quæstio olim fuit exorta in Ecclesia Liuoniensi , inter Episcopum & eos qui cum ipso erant patres? & soluta fuit , ac determinata per Innocentium tertium, Pontificem Maximum, virum sanè grauissimum & erudi/tissimum,qui tunc dispensauit in huiusmodi,vt patet de diuor.cap.fina. Nonne tempore fœlicis memoriæ Martini,quinti,similis quæstio orta

fuit, & etiam de primo gradu consanguinitatis in linea colaterali? Et facta disputatione magna, per viros doctißimos, coram ipso Summo Pontifice, qui tandem, auditis rationibus vtriusque partis, soluit & determinauit quæstionem, dispensando in huiusmodi gradibus: sic fecit Magnus Gregorius, sic & alii plures. Cur ergo volumus amplius disputare de his quæ soluta sunt & determinata? & ideo sacrilegium committunt isti tales (vt mihi videtur,) quia sic disputando de potestate Papæ, inquantum eam diminuere intendunt, furari quantum in illis est, nituntur, quæ quia de numero sacrorum est a Deo concessorum, igitur ad instar sacrilegii est, sic disputare. Est enim furari sacrum de sacro. Disputatio tamen de potestate Papæ & Ecclesiæ potest esse licita, & multum proficua, sicut etiam disputatio de potestate Christi & Dei, & de his quæ sunt fidei, dummodo fiat causa adiscendi, vel cōuincendi Hereticos, & non causa deducendi illam in dubium, hoc omnino illicitum est, quoniam est illicitum disputare, vt in dubium reuocentur illa quæ determinata sunt per Sommos Pontifices. nam (vt dicitur) iniuriam facit iudicio Ecclesiæ, si quis semel iudicata & recte disposita reuoluere & publice disputare contenderit, reuoluere, dicit Gloßa, idest, in dubium reuocare &c. Ex his clarißime patet Iulium, secundum, Pontificem Maximum, potuiße dispensare vt Magnus Henricus Christianissimus, Rex Anglorum, duceret in vxorem Serenißimam ac Christianißimam Catherinam, Reginam, olim Arthuri Regis, germani sui, coniugem: & lucidius patebit in tertio Articulo, ex responsionibus ad nostrorum rationes aduersariorum, quare &c.

Explicit secundus Articulus.

ARTICVLVS TERTIVS.

N HOC TERTIO Articulo adduco in medium rationes illorum qui nostræ positioni aduersantur; ex quarum solutione, maxime clarescet veritas conclusionum nostrarum. Et primo, Hæc ratio formatur ab

primũ I eis contra positionem nostram. Illa lex est indispensabilis & de iure naturæ, quæ absq; hoc q; promulgetur, obligat omnes nationes, etiam infideles. Hæc est manifesta, quoniam potissimum signum nos inducens ad cognoscendum, quãdo aliquod præceptum sit de lege naturæ dicitur esse, cum illud non tm̃ se extendit ad vnum populum; sed lex illa Leuiti. xviii°. obligat omnes etiam Paganos, l; illis non fuerit data lex Moysi. de diuort. capit. gaudemus. & in Glossa. & capit. litteras. Quod autem sic sit, q; obliget etiam Paganos, probatur. Nam Dominus puniuit Chananeos, & illos populos infideles, quibus non erat data lex Moysi; & hoc est manifestum ex verbis

Leuit. xviii° ipsius in fine capi. xviii. Sic enim dicit. Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciam ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, (Et subdit,) Omnes execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam & c. ibi. Ecce quàm clarissimum est, Deum puniuisse illos populos propter transgressiones prohibitionum. Leui. xviii°. Concluditur ergo prohibitiones illas esse de iure naturæ.

Secundum. Præterea, Argumentabatur contra nos Reuerendiss. Episcopus Londinen. Sereniss. Regis Angliæ Orator, a quo acceperunt isti aduersarii nostri, præcipue Patauini. Formatur autem hæc ratio sic. Lex Deutero. cap. xxv°. per quam dispensatur illa Leuit. xviii°. de non ducenda vxore fratris debet omnino cessare & ammoueri, & non solum est mortua, sed etiam mortifera. Ostenditur autem hoc authoritate Diui

Aug. Augustini contra Faustum. lib. xxxii°. cap. ix°. & x°. ibi ait Augustinus. Illam legem de suscitanda prole fratris sui esse omnino figuralem & cerimonialem, ideo debet in lege euangelica cessare, sicut aliæ leges cerimoniales omnino cessant, & non obseruantur, immo sunt illici

tæ & mortiferæ, vt patet per totum processum Apostoli ad Galathas. & circa dispensationes talium nihil potest fieri a Summis Pontificibus, & ita lex Deuteronomii. *capit. xxv°. non debet obseruari etiam per dispensationem Ecclesiæ. quare &c.* Paul.

P*ræterea, Argumentantur, & hoc pacto contra nos. Omnes consanguinei naturali amore sunt coniuncti, vt probat* Arist. viii°. Ethic. *& amicitia in communicatione consistit, sicut in causa, & hoc est quod dicit,* Omnis communicans alicuius amicitiæ, causa est, secundum differētias communicationum sunt differentiæ amicitiarum, sed consanguinitas est quædam communicatio in sanguine, igitur consanguinei naturali amore sunt coniuncti, ideoq́ necessarium est cōtrahere in remotis gradibus, vt tota multitudo trahatur ad cōsanguinitatem. Vnde quia natura nihil facit frustra, vbi sunt aliæ mulieres ex quibus possit esse generatio sine consanguineis, frustra fieret cum ipsis matrimonium, cum non sit necesse, nec ꝑ generationem, nec ꝑpter naturalem amicitiam, & sic etiam loquendum est de affinibus. ergo sequitur ꝙ probibitiones illæ capit. xviii. Leuiti. sint prohibitiones naturæ; & hæc ratio videtur pertractari a Diuo Augustino. xv°. de ciuitate dei. capit. xvi°. per lungum processum, & dicit ibidem hæc verba, Et est humanæ verecudiæ quoddam naturale atq́ laudabile, vt cui quis debet causa propinquitatis verecundum ab ea contineat. quare &c.* Tertiū Arist. Aug.

P*rætera sic instant, Pudor naturalis probibet consanguineorum & affinium copulam coniugalem, quia vtrobiq́ eadem ratio indecentiæ inuenitur. Manifestum est enim ꝙ in actibus venereis turpitudo aliqua inuenitur, qua homines naturaliter verecundantur, & ita honorificentia, siue inter eos decens & honesta conuersatio remouetur, hoc autem lege naturali non licet, quia auferre ab aliquo quod sibi debetur, puta, honorificētia, aliquo modo videtur iustitiæ repugnare, quare ꝓhibitio copulæ coniugalis inter consanguineos & affines est de iure naturæ. quare &c.* Quartum.

I*tem instat sic, Matrimonium ordinatur ad repressionem cōcupiscentiæ, sed cōcupiscētia nō reprimeretur, sed magis augeretur si inter illas ꝑsonas q̄s cōuenit in eadem domo cōuersari esset cōcessa copula matrimonialis, cū enim electio nō est nisi possibilium, eo ipso ꝙ cōcupiscibile sit ipossibile minuitur, vel tollitur cōcupiscentia eius, sed si posset esse matrimonium inter tales ꝑsonas ibi prænoīatas, cōcupiscētia non haberet frenum,* Quintum.

na lex in Romana Republica permittit vt siue frater, siue soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum, filius & filia misceantur: Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, & Sacra lex prohibet, cognationis turpitudinem reuelare, & quæ sequuntur. Ecce q̃ Diuus Gregorius *sentit prohibitiones illas vim habere in* Euangelio.

Item, Idem *affirmat* Zacharias Pontifex Maximus *ad* Theodorum Episcopum Ecclesiæ Ticineñ. *Et habetur.xxx.q.iii.cap. pitatium. sic ait, Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet quod* Dominus *præcepit* Moysi, *dicens*, Turpitudinem *patris tui, vel matris, vel sororis nõ reuelabis, turpitudo enim tua est. Cum ergo a propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis a Spirituali nostri* Patris Filia, *omni excusatione, aut argumento seposito, sub nimia districtione nos cauere conuenit &c.* Ex *quibus verbis videtur velle* Zacharias, *nos debere a propria consanguinitate abstinere, ex præcepto* Domini Moysi *facto* Leuiti.xviii. Zach. Ponti.

Item, Confirmat *idem* Diuus Gregorius, *scribens ad* Fœlicem, Messanæ *ciuitatis* Episcop. *& habetur.xxxv.q.viii.capi.hec salubriter.* Ibi D.Grego. *habet hæc verba*, Hæc *salubriter præcauenda sancimus, nec quis fidelium propinquam sanguinis sui, vsquequo affinitatis liniamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio sibi desideret copulare, & subditur*, Omnis *homo ad pximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius.* Et *iterum*, Anima *quæ fecerit quippiam ex istis, perbibit de medio populi sui. Sane quibus cõiunctio interdicitur illicita &c.* Ex *quo loco manifeste apparet, phibitiones illas* Leui.xviii. *vim habere in* Euangelio. *quare &c.* Greg.

Præterea, Probant *preceptum de non ducenda vxore fratris esse indispensabile omnino, quoniam in quodam* Concilio Orientalium, *statutum fuit sic, Siqua mulier duos fratres habuerit, & siquis vir duas sorores habuerit, a communione abstineant vsq; ad mortem.* In *morte autem ab eis accepta communione, si de infirmitate conualuerint, agant plenam pœnitentiam, tempore constituto. quare &c.* Octauum.

Item, Confirmatur *& illud idem, quoniam in* Concilio Constantiensi *fuit condemnatus liber* Ioannis Viccleff, *tanquam hæreticus; & vnus articulus in opinione istius viri erat, nos posse ducere affines.* Tenere Nonũ.

ergo probibitionem copulæ inter affines esse dumtaxat de iure positiuo, est heresis condemnata in Concilio Constantiensi, quare in his dispẽsatio Ecclesiæ & Summi Pontificis non habet locum. quare &c.

Decimum. Præterea, Adhuc probant primum gradum affinitatis in recta linea, & primum gradum affinitatis in linea collaterali esse expresse probibitos in lege euangelica, quoniam Apostolus ad Corinth. pri. cap. v°. præcipit ducentem Nouercam suam in vxorem, excludi & tradi Sathanæ, & acriter reprehendit tollerantem talem fornicationem, qualis nec inter gentes reperitur. Et hoc quantum ad primum gradum in linea recta. Quantum ad collateralem adducunt illud Matth. xiiii°. & Marci vi°. de Ioãne Baptista reprehendente Herodem, qui duxerat vxorem fratris sui Philippi. Sic enim ait, Non licet tibi tollere vxorem fratris tui. Innuens hoc esse indispensabile; & sequitur ꝙ dispensatio huiusmodi præcepti sit contra legem euangelicam. quare &c.

Vndecimũ. Præterea, Quod huiusmodi probibitiones sint de iure naturæ, probatur ex dictis Diui Aug. in libro de ciui. dei. & habetur. xxxv°. q. pri°. cap. cum igitur. Sic enim ait. Fieri ergo debuit quod potuit, vt existente copia vnde ducerentur vxores, quæ iam non erant sorores, non solum illud non fieret vbi nulla necessitas esset, verum etiam si fieret nephas esset, qđ humano genere crescente, etiam inter impios Deorum multorum falsorumq; cultores, sic obseruari cernimus, & quæ sequuntur.

Duodecimũ. Præterea, Probatur ꝙ probibitio ne frater ducat sororem germanam autboritate Sancti Hieronymi in Epist. aduersus Eluidium, sic ait, Quare est vt Abraam vir sanctus & iustus patris sui filiam coniugem sumpsit, cum in primis hominibus propter eorum sanctitatem id ipsum non nominet Scriptura, malens intelligi ꝙ̃ proferri, & Deus postea sanciat ac minetur qui acceperit sororem suam de patre suo, vel de matre sua, & viderit turpitudinem eius, opprobrium est, & exterminabitur coram filiis generis sui. Ex quibus verbis plane patet. D. Hiero. sensisse hmõi coniunctionem cum germana esse contra legem naturæ. q̃re &c.

Decimũ tertium. Præterea, Probant legem de non ducenda vxore fratris esse indispensabilem & de iure naturæ; & hoc per verba Diui Gregorii ad Augustinum Anglorũ Episcopum. xxxv. q. iiii. capi. quædam lex. sic dicit, Cum cognata quoq; misceri probibitum est, quia per coniunctionem priorem caro fratris fuerat facta. Et postea subdit, Quia vero sunt in Anglo-

rum gente, qui cum adhuc in infidelitate eßent huic nephando coniugio dicuntur admixti, ad fidem venientes, ammonendi sunt vt se abstineant, graue hoc eße peccatum agnoscant, tremendum Dei iudicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta æterni cruciatus patiantur. Non tñ pro hac re Sacri corporis et sanguinis Dñi cõione priuãdi sunt, ne in eis illa vlcisci videamur in quibus se p ignorãtiam añ lauacrũ baptisma tis astrinxerũt: In hoc enim tpe. S. R. Ecclesia quædam p feruorem cor rigit, quædam p mãsuetudinem tollerat, quædam p cõsiderationem dissi mulat, & quæ sequũtur. Et sic patet, q ducere vxorem fratris ex dictis istius. S. viri sit contra legem naturæ, cum dicat, hoc fuisse graue pecca tum & scelus, & vocat tale matrimonium nephandum coniugium ipsis Anglis, adhuc existentibus in infidelitate. quare &c.

Præterea, Adducitur illud Gregorii Papæ, & habetur. xxxv. q. v^a. ca pit. porro. sic ait, (Loquens de gradibus affinitatis & consanguinitatis,) A quibus tanto solicitius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus oppugnare. Et parum superius dicit. Qui vero aliorsum sentiunt Antichristi sunt. Ex his demonstratur q huiusmodi probibitiones sint de iure diuino, & sic indispensabiles &c. Decimũ qr tum.

Præterea, Adducitur Glossa super illud Leuitici. xviii°. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. In Glossa autem habentur hæc verba, Qui accedit ad eas personas quæ Leuitic. xviii°. prohibentur, non homo, sed iumentum est. Quare ex his infertur q accedere ad proximam sanguinis expreße sit contra le gem naturæ: & ideo nullo pacto dispensabile. quare &c. Decimũ qn tum.

Item, Adducitur Aristotel. ii°, Politicorum. redarguens politiam Socra tis, aßerens non ob id tantummodo a consanguineis eße abstinendum q exceßiuus inter illos fuißet amor, vt putauit Socrates. Sed pter hoc q talis cõmixtio tanq execrabilis sit phibita lege naturæ. quare &c. Decimũ se xtum.

Præterea, Adducuntur cõtra nos verba. B. Simonis Caßiani, qui qui dem lib. iii°. cap. ii. vbi pertractans illud Marci. vi. de Ioanne Baptista, qui Herodem arguebat, sic ait, (exponens illa verba. Non licet ti bi habere vxorem fratris tui.) Vñ arguebat Io. Herodem? Si enim di xerim ex nõ licito legis, Herod. Romanus erat et Paganus, dei legem nõ nouerat, Christi euãgelium nõ audierat. Qua igitur rõne phibente vel lege Io. Herodẽ arguebat, qui lege diuina carebat? Erat qppe præter Decimũ se ptimũ.

hoc quo ipsum audebat arguere ipsa naturalis iustitia, qua hoc facinus omnibus hominibus inhibebat, et leges Persarum, atq; Medorum, Græcorum, & Romanorum, hoc magnis decretis cauerunt, ne quis alterius vxorem inuadat, et ipsa ratio aperte suadet, q̃ homines in magis proximis maiorem custodiant honestatem, & q̃d Herodi non licet, nemini licet. Hæc ille. Ex quibus verbis. B. Simon videt sentire cõtrahere cum vxore fratris, & magis proximi esse contra naturalẽ iustitiam, & nemini licere, & per consequens esse quoddam indispensabile, quare &c.

Decimũ octauũ. Præterea, Probat & illud idẽ per illud q̃d habet extra de restit. spolia. cap. literas. vbi dicitur, q̃ Papa non potest dispensare in scd'o gradu. ergo ẽt nõ põt dispensare in primo gradu affinitatis in linea collaterali.

Decimũ nonum. Præterea, Adhuc istãt dicẽtes, post legẽ data nõ repit i sacris lr̃is hoc fuisse vnq̃ obseruatũ. s. fratrẽ ducere vxorẽ fratris p̃defũcti, istud ãt arguit Ecclesia nullo pacto posse ĩ hm̃oi gradu affinitatis dispẽsare. q̃re &c.

Vigesimũ. Adducunt ẽt p̃ hui⁹ rei cõfirmatione plures testes et Doct. celeberrimos, Theologos, ac Canoñ. quorũ verba singula nolo nũc recitare. q̃re &c.

RESPONSIONES.

Ad primum. AD hæc que nobis obiecta sunt respondemus. Et ad primum dicimus, recte & iustissime Deum puniuisse populos illos ob transgressionem prohibitionum quæ factæ sunt ab eo in illo capit. Leui. xviii. quoniã aliqua sunt prohibita ibi, quæ semper sunt illicita, & in nullo casu licita, & prohibitiones talium sunt de indispensabili iure naturæ, sicut sunt præcepta de nõ reuelãda turpitudine patris & matris, quia ex destructione harum legum sequitur destructio illius præcepti de honore parentum, quod est de indispensabili iure diuino & naturæ, (vt dictum est diffuse.) Et similiter sunt illa prohibita, puta, coire cum peccore, commisceri cum masculo coitu fœmineo, & aliqua alia, quæ quidem in nullo casu sunt licita, & sic prohibitiones horum sunt de indispensabili iure naturæ, & ita illi populi huiusmodi prohibitionibus subiiciebantur, & sic merito puniebantur transgredientes. Aliqua vero sunt ibidem prohibita, quæ sunt simpliciter mala & illicita, & sic sunt prohibita a natura, & prohibitiones istorum sunt de iure naturæ. Et quia huiusmodi prohibita a natura & simpliciter mala, in casu sunt bona & licita, ideo in casu sunt dispensabilia. Huiusmodi sunt ista prohibita, puta, ducere vxorem fratris, & ducere sororem germanam, &

aliqua alia in illo capi. promulgata, (vt ostendimus in præcedenti Articulo.) Cum ergo istæ sint prohibitiones naturæ, ideo etiam illi populi eis subiiciebantur. Et licet sint præcepta dispensabilia quandoque, tamen circa ea illi populi grauiter peccabant, quia ducebant sorores germanas, & vxores fratrum ad libitum indifferenter sicut cæteras mulieres, & ideo iuste puniebantur a Deo. Dicimus itaque omnes prohibitiones, & omnia præcepta Leuiti. xviii. esse de iure naturæ, & diuino. Sed quædã sunt quæ in nullo casu sunt dispensabilia, quia talia probibita in nullo casu sunt bona, aut licita. Quædam vero sunt quæ in aliquo casu sunt dispensabilia, quia illa prohibita in casu possunt esse bona, seu licita: & circa omnia peccabant illi populi, ducentes indifferenter personas prohibitas, sicut illas quæ nõ sunt naturaliter prohibitæ. Et hoc est quod ibi dicitur. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ &c. Concludit ergo argumentum, quod omnia ista præcepta sunt de iure naturæ. Sed nõ concludit, quod omnia sint omnino indispensabilia, quare &c.

Ad scd'm, Nos respondemus & dicimus, Ecclesiam non semper dispensasse matrimonium cum vxore fratris defuncti ob præceptum Deuteronomii capit. xxv. Nam præceptum istud datum erat Iudæis, & iam cessat, quia cessauit ratio illius præcepti, (vt ait Tertullianus in libro de Monogamia. & Diuus Augustinus.) Et ideo nõ amplius illa lex Deuteronomii obligat, sed est mortua. Nihilominus potest apparere alia ratio congrua, puta, propter bonum pacis, aut propter Cultum fidei Christianæ ampliandum, vel alia similis vrgens ratio, per quam permittatur & dispensetur, vt frater ducat vxorem fratris defuncti, sicut plures Summi Pontifices fecerunt. Cum autem dicunt Patauini illam legem Deuteronomii esse cerimonialem, mentiuntur. Mirum est quod non legerint Diuum Thomam, quem in hac re pro duce & principe habent, qui quidem vult in pri². ii^e. q. cvi. articulo. iiii°. præceptum illud esse iudiciale, & non cerimoniale. Ad illud autem Diui Augustini in libro contra Faustum. quod sit figuratiuum concedimus etiam nos: sed non per se, & primo, quia tm̃ cerimonialia per se primo sunt figuratiua. Alia autem præcepta & moralia & iudicialia sunt figuratiua, immo omnia gesta, & omnia dicta, & omnes historiæ sunt figuratiuæ, (vt testatur Apostolus pri² ad Corinth. capit. x°.) Omnia in figura contingebant illis, sed non per se primo. Et in hoc legant (quæso) auersarii

Ad secundũ — *Ter-tullia.* — *Aug.*

nostri, illorum ducem & principem Diuum Thomam in lib. præasi-gnato. Nos autem tenemus illam legem Deuteronomii esse legem naturæ pro statu illo Iudæorum (vt probauimus in secundo Articulo.) Et etiam tenemus legem Leuitici de non reuelanda turpitudine vxoris fratris esse legem naturæ. In statu tamen Iudæorum excipiebatur vxor fratris defuncti sine liberis, & ita excipit Diuus Augustinus super Leuiti. q. lxiª. & isto pacto lex Deuteronomii erat exceptiua legis Leuitici. Nunc autem ammota est exceptio illa. Nec est incōueniens, q̄ vnam et lex sit de iure naturæ pro vno statu hominum, & non simpliciter, & pro alio statu non sit de iure naturæ, immo sit contra legem naturalem. Et euidenter patet, Quia possessio cōmunis omnium rerum est de iure naturæ pro statu humano non corrupto & propter peccatum infirmo; Sed pro statu humani generis lapsi, non est sic, immo est necessarium habere possessiones distinctas, vt tollantur lites & contentiones, vt dicit

Aris. Aristoteles. iiº. Politicorum. & Diuus Augustinus in de ciuitate dei.

Aug. Nota etiam q̄ Diuus Tho. potest trahi ad prædictum sensum nostrum. Dicit enim, illam legem Deuteronomii esse iudicialem, quia non est simpliciter moralis pro quocunq̄ genere hominum, sed tm̄ Iudæis pro statu illo: & sic potest conuenire nobiscum. quare &c.

Ad tertium. Ad tertium, Respondemus concedentes inter consanguineos & affines esse naturalem amicitiam, (sicut testatur Philosophus, & Diuus Augustinus.) Sed hæc ratio sic intellecta, vt ipsi nostri aduersarii exponunt, ita esset contra eos, sicut contra nos. Nam inter consobrinos & inter patruum & neptem est naturalis amor, seu amicitia, ex authoritate Philosophi & Augustini, qui quidem vbi dicit hæc verba, (Et est humanæ verecundiæ quoddam naturale, atq̄ laudabile, vt cui quis debet causa propinquitatis verecundum honorem ab ea cōtineat.) Loquitur ibi de consobrinis, & tm̄ lꝫ inter istos consanguineos & affines sit amor naturalis, pp hoc ꝓhibitio siue præceptum q̄ nō se sumant matrimonialiter, non est de indispensabili iure naturæ, quia sic omnes probibitiones Ecclesiæ vsq̄ ad quartum gradum essent indispensabiles a Summis Pontificibus: quod falsum est, etiam secundum eos. Respondeo ergo, q̄ inter aliquas personas consanguineas sicut inter patrem & filiam, seu inter filium & matrem est quædam naturalis amicitia, cui repugnat amor copulæ coniugalis, taliter q̄ hac eueniente destruitur ille amor natura-

lis, cui est admixtus inseparabiliter quidam verecundus honor conse/ sequens per se talem naturalem amorem, qui quidem honor tolleretur adueniente connubio, quare cum iste amor naturalis qui est inter per/ sonas illas supradictas, in omni casu repugnet copulæ carnali, tene/ mus nos prohibitionem, ne tales personæ in matrimonio coniungantur, esse de indispensabili iure naturæ, (vt sæpe diximus,) Sed naturalis amor qui est inter alios consanguineos, puta inter fratrem & sororem, & inter consobrinos, & similiter inter vxorem fratris defuncti & fra trem superstitem, ei scilicet amori non repugnat in quocunque casu co/ pula coniugalis, quia talem amorem non consequitur in omni casu per se & inseparabiliter ille verecundus honor qui est contrarius amori coniugali & destruitur adueniente connubio; ideo talis naturalis amor non impedit naturaliter semper, nec etiam impeditur in omni casu, ad/ ueniente copula carnali. Ad illud autem Aristotelis & Diui Augu/ stini, ꝙ necessarium erat contrahere matrimonium in remotis gradi/ bus, vt tota multitudo trahatur ad consanguinitatem & multiplicetur sic charitas & amor naturalis, dicimus nos hoc esse verum vt in plu/ ribus, sed quandoqꝫ ex casu contingit ꝙ ducere consanguineam, vel ꝙ frater ducat vxorem fratris defuncti, non sit frustra hoc, quoniam naturalis amor qui inter eos erat perficitur, & generalius præceptum charitatis impletur: & propter id Ciuitates, & Regna, ac Imperia in amore vniuntur: Et ob istam causam puto Pontifices & Ecclesiam di/ spensasse in huiusmodi, vel propter similem casum vrgentis necessita/ tis: & sic verba Diui Augustini in præallegato loco non sunt contra nos, quando ait, Si enim est impium auiditate possidendi transgredi li/ mitem agroꝝ, quanto est magis iniquius libidine concubendi subuertere limitem morum. Veꝝ non concedimus Ecclesiam & Pontifices dispen sasse in huiusmodi casibus vt placerent libidini concubendi, sed ob de/ centissimam causam (vt iam diximus.) quare &c. Aug.

Ad quartum. Similiter respondemus, vt dictum est, ꝙ quædam est natu/ ralis reuerentia quæ per se consequitur in omni casu immediate coniun/ ctionem carnalem ꝑsonaꝝ coniunctaꝝ, sicut est inter parentem & pro lem, quæ ita se habet ꝙ in omni casu tollit copulam coniugalem, adeo ꝙ cõmixtio inter tales ꝑsonas est semꝑ indecens & semꝑ repugnans ratio/ ni naturali, ac per hoc nulla ratione & in nullo casu est licita. Alia ve/ Ad q̄r tum.

ro est coniunctio reliquarum personarum, cuius annexa naturalis reuerentia, non efficit quod commixtio talium sit in omni casu indecens, & semper repugnans rationi naturali. Sed cum ista stat quod commixtio talium personarum sit quādoque decens, ideo dispensabilis est in casu, & non repugnat naturali iustitiæ, quandoque. quare &c.

Ad quintum. Ad quintum, Respondentes dicimus talem rationem non probare legem illam iam dictam, esse de indispensabili iure naturæ, quia licet copula illa in tali matrimonio non sit quandoque contra legem naturæ, reprimitur tamen concupiscentia propter causam quam ipsi assignant, quia talis copula est quasi impossibilis, cum non fiat, aut concedatur, nisi in casu vrgentis necessitatis (vt dictum est,) & ablato tali casu ferè auffertur possibilitas, & sic quamuis illa probibitio non sit de iure indispensabili, est tamen illud taliter probibitum a natura, ab Ecclesia, & ex cōsuetudine quod sine maxima necessitate non fit dispensatio, & isto pacto concupiscentia reprimitur. quare &c.

Ad sextum. Ad sextum, Respondemus, & miramur, quod iste vir tantum decipiatur, & sic ignoret Logicam. nam ex isto suo mirabili argumento possem probare omnia præcepta veteris legis esse de iure naturæ & iudicialia & cerimonialia, illo pacto arguendo, De lege naturæ est quod homo non contrarietur Deo, sed homo quodammodo contrarius esset Deo, si tolleret illud quod Deus distincte præcepit in præceptis iudicialibus & cerimonialibus. ergo talia præcepta sunt de iure naturæ. Sed consequens est falsum. igitur ratio tua nihil est. Sed forsan dices, qui tollit præceptum iudiciale non contrariatur Deo, quia non vult Deus quod illa præcepta iudicialia sint indispensabilia, & quod non possint mutari. Sic ego dicam pro me, quod non dixit Deus quod omnia præcepta Leuiti. xviii. sint indispensabilia, & quod illud præceptum de non accipienda vxore fratris, non possit in casu dispensari. Et ita ego, dicens, tale præceptum esse quādoque dispensabile, non sum contrarius Deo &c. Propter hoc non intendo soluere argumentum Diui Thomæ, quo probat intentum suum. Sed dico, argumētum tuum non esse conforme rationi illius, siue autem Sanctus Thomas concludat, siue non, non curo. quare &c.

Ad septimū. Ad septimum, Dicimus verum esse probibitiones quæ habentur Leuiti. xviii. attinere & reduci aliquo pacto ad legem Euangelicam, & esse de iure nature & diuino, quoniam tenemus talia ideo esse probibita quia

sunt

sunt simpl'r mala & illicita, & nō ideo mala qa sint ꝓhibita, nec ēt dicimus ꝙ sint de iure pure positiuo, neq̄ ꝙ hmōi ꝓhibitiones recte possint vniuersaliter auferri & mutari, nec volumus posse fieri licitum hoc. s. ducere cō sanguineas & affines ad placitum & indifferēter sicut cæteras mulieres, Sed dicimus ꝙ aliq̄ ibi ꝓhibita quæ sunt simpl'r mala & illicita, possunt esse in casu bona & licita, ideo possunt et debēt qñq̄ dispensari. non ergo est sufficiēs rō illa adducta, videlicet, illæ ꝓhibitiones sunt de iure naturæ et dei, igitur sunt indispensabiles. Et videamus. D. Amb. *quem adducunt contra nos. Dicit enim iste.* S. *et eruditiss. vir ꝙ ducere filiam sororis interdictū est lege naturæ, & ꝙ plura quæ non sunt interdicta lege edita ꝑ* Moysem *sunt ꝓhibita lege naturæ.* Hæc *tñ præcepta quæ non fuerunt ꝑ* Moysem *ꝓmulgata, fuerunt ꝑmissa seu dispensata olim populo* Hæbreoꝝ *ob infirmitatem gētis.* Et *nunc* Ecclesia *in lege noua pōt dispensare (ēt de consensu aduersarioꝝ) in hmōi gradibus non ꝓhibitis lege ꝑ* Moysem *edita.* Et *ipse idem.* D. Amb. *tenet in eadē.* Epist. *fuisse dispensatum illud sine præiudicio legis (vt diximus in. ii°.* Articulo.) *hæc enim sunt verba sua. Sed dicis alicui relaxatum est, veꝝ hoc legi non præiudicat, quod enim in cōmune statuitur illi tm̄ ꝓficit cui relaxatum esse videtur &c.*

Sed vlterius dices ius nãæ est æternum & īmutabile, & obligat semꝑ & ad semꝑ. i. oī tpe (vt exponunt illi) Cōcedimus nos ēt hoc veꝝ esse. Diximus *nāq̄ in. ii°.* Art°. *ꝙ ius naturale pōt capi dupl'r.* Vno *mō ꝑut consonat opi naturæ scd̄m oēm casum, & tale ius non cōprehenditur & terminatur lege.* Alio *modo sumitur ius naturæ prout consonat operi cōi naturæ in quo ipsa non fuerit impedita, & tale ius lege comprehenditur & ꝓfertur.* Et *hmōi lex naturæ lꝫ non deficiat vl'r, deficit tñ in aliquo particulari casu: lex ergo illa naturæ est in vniuersali æterna & īmutabilis, & obligat oī tpe, quia non pōt vl'r ammoueri, lꝫ deficiat in particulari,* Nec *ꝓp hoc* Legislator *peccat in hmōi lege vl'r edita, quia non intēdit ponendo legem ꝙ ipsa sicut describit sic semꝑ obseruetur ī quocunq̄ casu, sed ꝙ casu exigēte modificetur, seu dispēsetur.* Sil'r *ēt in lege non est pctm̄, si ipsa intelligatur scd̄m intentionem* Legisla. Et *ēt illa defectio in particulari casu non ꝓuenit a natura, sed ab impedimento naturæ (vt iam diximus.)* Et *vt adducamus in medium testimonium plurium* Theol. *et pri°.* D. Tho. *qui pri^a. ii^e. q. xciiii. arti. iiii. sic ait.* Apud *oēs hoc est rectum & veꝝ vt scd̄m rōnem agatur.* Ex *hoc aūt prin° sequitur q̄si cōclusio ꝓpria ꝙ deposita sint red-*

denda,& hoc quidē vt in pluribus verū est, sed pōt in aliquo casu contingere q̄ sit dānosum,& p consequens irrationabile si deposita reddantur, puta si aliquis petat ad ipugnandū patriam &c.& magis ifra inq̄t, Sic igitur dicēdum est q̄ lex nāe q̄ntum ad prima principia est eadem apud oēs scd̄m rectitudinem, sed quātum ad q̄dam ppria quæ sunt q̄si conclusiones est eadem apud oēs ēt vt in pluribus scd̄m rectitudinem, Sed in paucioribus pōt deficere q̄ntum ad rectitudinem pp aliq̄ particularia impedimenta sicut ēt naturæ generabiles & corruptibiles deficiunt vt in paucioribus pp ipedimenta. Hæc ille. Ista ergo lex naturæ depositum est reddēdum quæ est q̄si conclusio est recta vt in pluribus, & ita est simpl'r recta, deficit tn̄ in aliquo casu,& sic est dispensabilis. Ita est dicendum de istis phibitionibus quibus probibemur ducere vxorem fratris defuncti & sororem germanam, ac cæteras consanguineas in linea transuersali, sunt recte vt in pluribus, et simpliciter, sunt tn̄ in casu dispensabiles, quia tunc deficiunt.

Egidius quoq; Rom. fundatiss. Doct. in lib. de exemp. & Guil. Ocham in lib. Dialo. ponunt aliqua præcepta naturæ quæ appellant absoluta, quia non indigent modificatione, seu determinatione, sed sunt recta & licita sine conditione,& hæc sunt oīno indispensabilia. Quæ daim vero sunt (vt dicunt) conditionata quæ indigent modificatione & declaratione, & ista sunt in casu dispensabilia. Henri. ēt de Gand. pro confirmatione huius rei Quodli. ii. et Quodli. v. plura dicit. Sic ēt phibitiones Leui. xviii. q̄dam sunt absolutæ leges nāæ, et nō idigent modificatione,& sunt oīno indispēsabiles. Quædam aūt sunt præcepta naturæ cōditionata et idigent modificatione,& hæc sunt dispēsabilia. Et lex de non ducēda vxore f̄ris est cōditionata, vt inq̄t. S. Aug. (sicut iam diximus) in q̄ō. sup Leui. iō debet modificari q̄nq; et pōt dispēsari. Et ita sunt phibitiones q̄bus phibemur ducere cōsobrinas & patrueles ac hmōi cōsanguineas & affines q̄ in illo ca. Leui. nō probibētur. Et sic patet q̄uō itelligenda sunt verba. D. Amb. adducta, quæ quidem faciunt pro itentu nostro contra positionem aduersariorū. q̄re &c.

Ad illud aūt assumptum, videlicet, q̄ illæ phibitiones attineant ad euangelium & sint de iure diuino, dicimus esse verū & recte dcm̄. Et vt satisfaciamus ad plenum & rn̄deamus ad verba et authoritates. S. Patrū est aduertēdum q̄ cum phibetur adulterium,& dicitur, Non mœchaberis, tunc ēt phibetur oīs inordinatus concubitus,& quia illa quæ phibentur Leui. xviii. sunt inordinati cōcubitus,& ex nā rei illiciti, iō illud præceptum, Nō mœ

chaberis, erit sicut præmissa & principium, & illa ꝓhibita in Leuit. se habebunt sicut conclusiones, & isto pacto reducuntur ad Decalogum & ad Euangelium. Sed aduertendum est (vt iam diximus) ꝙ q̄dam sunt ꝓhibita in Leui. quæ ex ipsoꝝ nā semꝑ & in oī casu sunt illicita, & ista dicuntur vere conclusiones necessario sequentes ex isto præcepto dei & naturæ. s. Non mæchaberis. Quædam vero sunt quæ ex eoꝝ natura et simpl'r sunt illicita, sed non in oī casu sunt mala et illicita, cum in casu sint bona, & ista non sunt vere conclusiones semper & necessario sequentes, quia qn̄q; deficiunt in casu. Et sicut hæc propositio. s. ꝙ scd̄m rōnem agatur est vera & recta semꝑ & apud oēs, & ex ea tanq̄ prin° sequitur q̄si conclusio ꝓpria, ꝙ deposita sint reddēda (vt dicit. D. Tho. vbi supra.) Et tn̄ hæc conclusio nō est semꝑ recta, et in casu est dānosum si deposita reddant̄, iō dicit, est q̄si concl'o. Sic ēt hoc præceptum, Nō mæchari, seu non ammisceri cōiugio iordinato et illicito, est sēꝑ rectum apud oēs, & ex eo seqtur q̄si concl'o ꝙ nō ducamus sororē et vxorē fratris et alias cōsanguineas, sed pōt in aliquo casu cōtingere ꝙ sit dānosum hoc & irrōnabile, et ꝑ consequēs sit licitum ī casu ducere vxorē fr̄is, seu cōsanguineas, et ita est dispēsabile. Ecce ergo ꝙ istæ ꝓhibitiones iā dictæ reducunt̄ aliquo pacto ad Decalo. et ad euangelium, & pn̄t tn̄ ab eccl'ia dispensari. Et manifestat hoc exēplum qd̄ hr̄ pri° Mach. c. ii. de dispē. sabba. vt diximus in. ii. Ar°. Hæc verba hn̄r ibi, Et cogitauerunt ī die illa dicētes, oīs quicūq; venerit ad nos in bello die sabbatoꝝ pugnemus aduersus eū &c. Et circa istud dicit. D. Tho. pri^a. ii^e. q. c^a. ꝙ illa excogitatio magis fuit īterpretatio præcepti q̄ dispensatio. Nos vero appellamus illā īterpretationē dispēsationē. nā dispēsatio aut est iuris reuocatio, aut iuris declaratio, vt dn̄t Doc. sic hr̄ apud subt. Sco. iii. sen. q. xxxvii. sic ēt apud Hēri. de Gā. Quodli. ii. q. xvii. & ēt de voto et vot. redē. c. nō est voti dicēdus transgressor. In Glo. dr̄, In his votis Papa nō dispēsat, sed declarat. et istā declarationē appellat dispēsationē supra. ca. p°. Hmōi ēt īterpretationē uocat dispēsationē. D. Aug. pri° de li. arbi. & S. Bern̄. i li. iii. de cōsi. ad Euge. & ī Epi. ad Theobal. et alii q̄plurimi. Et dispēsare hmōi preceptū dei et naturæ nō est falsificare, seu reuocare illud, sed est excipere ab eo, sicut per præceptum Deute. cap. xxv. excipiebatur ab illo præceptio Leuit. xviii. de non reuelanda turpitudine vxoris fratris, vt inquit. D. Augu. in quæstioni. super Leuit. Et ita patet quomodo ius diuinum sit ab Ecclesia dispēsabile. Nam deus dedit aliq̄ præcepta ge

neralia, determinabilia & applicabilia ad diuersos casus, & non distinxit eos ipse deus. Sūmus aūt Pont. habens latissimam et plenariam potestatem soluendi & ligādi debet exponere, modificare, determinare, & interpretari illa, ac ēt excipe casus ab illis praeceptis put sibi rō dictauerit. Et hoc appellamus dispēsare illa praecepta. Ex his planissime constat illam rōnem aduersariorum claudicare. s. Illud praeceptum iam dcm̄ attinet ad Euāgelium & de iure dei et nāe. ergo est oīno īdispēsabile ab ecclesia et a Sū. Pō. &c.

Ex his ēt, Ad illud. D. Aug. sup Leui. q. lxiiii. respōdemus q̄ phibitiones illae tpe noui testī custodiendae quidem sunt, in casu tñ aliquae dispensabiles. Sic ēt, Rñdetur ad illud. D. Greg. qđ habetur. xxxv. q. iii. q̄dam lex, imo verba illa p nobis faciunt. Dicit enim q̄ lex Sacra duorum fratrum germanorum & duarum sororum filiū & filiam phibet misceri, nihilominus scimus (ēt ex doctrina aduersariorum) ecclesiam posse in hmōi cōsanguineis dispēsare, ita ēt lꝫ Sacra lex phibeat frem cum vxore fris defuncti cōmisceri, poterit tñ i casu ecclesia talē copulam dispēsare. Et cum dr̄, Experimēto didicimus ex tali coniugio sobolē non posse succrescere, dicimus hoc posse accidere dum cōsanguinei ducunt consanguineas īdifferenter sicut alias mulieres, et ex libidine concubendi, & non in casu congruo & sine dispensatione. q̄re &c.

Eodem pacto, Rñdemus ad illud Zacha. Sum. Pon. A d Theo. epm Ecclesiae Ticiñ. qđ habetur in. c. pitatium. xxx. q. iii. Et silr, ad authoritatem D. Greg. scribētis ad Faelicem Ci. Messa. epm. Et habetur ī. c. haec salubriter. xxxv. q. viii. Dicimus nāq; q̄ hmōi prohibitiones possunt dici de iure dei & naturae, & tñ aliquae in casu possunt & debent a Summo Pontifice qñq; dispensari, vt supra declarauimus. quare &c.

Ad octauū. Ad octauum, Dicimus recte fuisse ordinatum & q̄optime statutum in illo Cōcil. s. q̄ trāsgressores eiusmodi legis ita punirētur, Sed ex hoc nō cōsequitur q̄ tale praeceptū ī casu nullo pacto sit ab Ecclesia dispēsabile. q̄re &c.

Ad nonum. Ad nonum, Rñdemus q̄ Io. Viccleff asserebat (vt ait Tho. Valdē.) Nos posse ducere affines in quocunq; gradu affinitatis indifferenter sicut caeteras mulieres; qđ quidem est cōtra praeceptum dei et naturae, & cōtra determinationes Sanctorum Patrum; ideo nō immerito de hoc condēnatus est. Non ita volumus nos, Sed dicimus q̄ in aliquo gradu cōsanguinitatis & affinitatis, Papa de sua plenitudine potestatis in casu congruo potest & debet dispensare. Aduertas tñ q̄ in Concilio Constantieñ. fuerunt dānati. xlv. articuli Viccleff, & nulla mentio fit de hoc. quare &c.

Ad decimum, Respōdemus & dicimus ꝙ ducere in vxorem nouercā suam, (præcipue matrimonio paterno iam cōsumato) sit cōtra indispēsabilem legem dei & nāæ, & nullus reperitur casus in quo liceat. Eodem pacto dicimus de priuigna (saluo semꝑ meliori iudicio.) Neq̄ in Sacris litteris inuenitur hæc coniugia fuisse vnq̄ dispensata. Non est aūt ita dicendum de vxore fratris defuncti. Cum vero adducis illud Mat. xiiii. & Mar. vi. de Io. Bap. reprehendente Herodem. R̄ndemus ꝙ Philippus frater Herodis adhuc viuebat (vt tenet Ecclesia,) ideo committebatur adulterium, qđ est oīno indispensabile. Et sic nihil contra nos. quare &c. — *Ad decimum*

Ad vndecimum & duodecimum, Patet satis quid sit dicēdum. Suadet enim & probat. D. Aug. illas prohibitiones obseruandas esse a fidelibus, cum ēt impii falsoꝝ Deoꝝ cultores eas obseruent, Sed non probat ꝙ in quocunq̄ casu sint oīno indispensabiles; ideo nihil contra nos. Et ita volumus responderi ad. D. Hieronymum. quare &c. — *Ad vndecim. & duodecium*

Ad decimumtertium, R̄ndemus. Et primo dicimus ꝙ cum. D. Grego. reprehēdit tam acriter hmōi incæstum. s. coniunctionem cum vxore fratris, posset intelligi de vxore fratris viuentis. Et signum huius rei sunt verba sua. Sic inquit, Cum cognata quoque misceri prohibitum est, quia per cōiunctionem priorem caro fratris fuerat facta; pro qua ēt Io. Bap. capite truncatus est, & sancto martyrio coronatus, Et quia est in Angloꝝ gente &c. Ecce ꝙ exemplificat in Io. reprehendente Herodem qui duxerat vxorem Philippi fratris tunc viuentis, vt tenet ipsemet Greg. ēt tenet. S. Hiero. sic Io. Criso. sic Aug. sic & cæteri. Et ad hunc sensum recte possunt adaptari oīa verba sua, vt patet. Secundo possumus respondere ꝙ ēt loq̄tur de vxore fratris defuncti, sed cum liberis, ideo acriter reprehendit hmōi coniugium. Tertio, dicimus ꝙ si ēt intelligatur de copula cum vxore fratris defuncti sine liberis, recte tñ appellat coniugium nephādum ne illud traherent in consuetudinem sicut prius, et ita præcipit vt veniētes ad fidem admonendi sint, ne tale aliquid audeant ꝑpetrare, Si ꝑpetrauerint Corporis et sanguinis Dn̄i cōione priuandi sunt. Illos vero dispensat qui ante cōuersionem huic coniugio fuerunt admixti. Et si dices, non dispensauit, sed per mansuetudinem tollerauit. Et nos dicimus ꝙ hæc fuit dispensatio, quia miꝝ īmodum esset ꝙ manentes in adulterino coniugio, non priuarentur cōione Sacri Corporis et sanguinis. Patet enim per verba illa ꝙ tm̄modo illi qui post conuersionem contraxerint sint priuandi Sacri Corporis cōione, sic — *Ad decimum tertiū.*

etiam videtur interpretari Inn. III. scribens ad epm Liuon. & ad Patres. & habetur in. c. fi. de diuor. Hæc sunt verba sua, Quia vero in matrimoniis contrahendis dispar est ritus Liuonien. a nostro, quippe qui in gradibus consanguinitatis & affinitatis distinctionem Canonum nō attendunt, & relictas fratrum indistincte sibi consueuerant copulare, Et postea subdit, Propter nouitatem et infirmitatem gentis eiusdem concedimus vt relictis fratrum vtantur, (si tñ fratribus decedētibus sine prole, vt semen defuncti iuxta legem Moysi suscitarent cum talibus cōtraxerunt), ne sibi tales de cætero postq̃ ad fidem venerint copulent phibentes, ac sanctæ memoriæ Grego. prædecessoris nostri adhærentes vestigiis & quæ sequuntur. Ecce q̃; aperte dispensat in hmōi matrimonio sequens vestigia. B. Greg. & phibet ne copulent decætero postq̃; ad fidem venerint. Et si dices. Sequitur vestigia. D. Greg. dispensando in quarto et vlteriori gradu donec in fide plenius solidentur. Respondemus nos q̧ si Inno. discreparet in principali a. D. Greg. nō adhæreret vestigiis eius (vt dicit.) Et si vltra istas dicens q̧ illa Inno. non fuit dispensatio, sed quædam pmissio, dum dicit, (Concedimus vt relictis fratrum vtantur.) hæc esset mira interpretatio, Sed probamus q̧ fuerit dispensatio. Et primo, quia ille actus non fuisset vsus, sed abusus sine dispensatione, & tñ ipse Inno. dicit, Concedimus vt relictis fratrum vtantur. Præterea, si non dispensauit, cur subiunxit illa verba? Si tñ fratribus decedentibus sine prole vt semen defuncti iuxta legem Moysi suscitarent cum talibus cōtraxerunt. Præterea, Si non dispensauit, cur subiunxit hæc verba? (Ne sibi tales decætero postq̃; ad fidem venerint copulent probibentes.) Prohibet ergo ne copulent decætero tales postquam ipsi ad fidem venerint, Sed non probibet coniugium quod prius contraxerant in infidelitate existentes. quare &c.

Ad decimum q̃rtum Ad decimum quartum, Iam plane patet ex dictis quid sit dicendum. Concedimus namq; illas probibitiones spectare ad ius diuinum, & negamus q̧ in casu non poßint dispensari &c.

Ad decimum quintū Ad decimum quintum, Rñdentes dicimus q̧ illa verba in Glo. sup Leuit. xviii. sic debent itelligi, Qui accedit ad illas psonas ibi phibitas, indistincte & indifferenter ac si accederet ad alias psonas q̄ non sunt phibitæ & non accedit in casu congruo et determinato p autho. Sū. Sacerdotis, sed accedit ad placitū suum ex libidine concubendi, hic q̄dem non hō, sed iumentum est. Et hoc pacto intelligentes Glo. illā nihil hñt contra nos. q̄re &c.

Ad illud Arist.ii.Politi.qđ pro.xvi.ratione adducebatur, Respondemus, vt iam diximus, q non abstinere a consanguineis est simpliciter malum et illicitum, ideo talis cōmixtio est execrabilis et phibita iure naturæ, Sed qa in casu bonum est & licitum, ideo in casu est dispensabile. quare &c. Ad decimum sextum

Ad decimum septimum, Respondemus et valde miramur q isti aduersarii nostri non aduerterunt, qm illa verba.B.Simo.de Cass. expresse hoc sonant.s.Io.Bap.redarguisse Herodem tanq; adulterum eo q duxisset vxorem fratris tunc viuentis. Et legant (obsecro) bis & ter verba Simonis. Sic enim ait in fine. Et leges Persaꝝ atq; Medoꝝ, Græcoꝝ, et Romanoꝝ hoc magnis decretis cauerunt, ne quis alterius vxorem inuadat, & ipsa rō aptè suadet q hoīes in magis proximis maiorem custodiant honestatem, et quod Herodi non licet nemini licet. Hæc ille. Ecce q; apertissime Simon Cassia.sentit Herodem fuisse adulterum, & hac de causa reprehendebatur a Santiss.Io.Baptista.quare &c. Ad decimum septimū

Ad decimum octauum, Respondemus qn dicitur q Papa non pōt dispensare in scđo gradu per illud qđ habetur extra de rest.spo.c.litteras. Intelligitur sic. Papa non pōt dispensare.i.non pōt ita de facili, & ita exponitur p Glo.in.c.pitacium.xxx.q.iii. Etiam posset exponi hoc modo. Papa non pōt dispensare, quia non pōt relaxare, seu reuocare ius illud, sed bñ potest interpretari & excipere casum in quo liceat, et hoc est dispensare in casu, (vt superius patuit.) quare &c. Ad decimum octauū

Ad.xix. Respondemus, vltra illud quod legitur de duobus filiis Iudæ Geñ. xxxviii.& de Booz in lib.Ruth. etiam repitur obseruatum in Patribus ipsius Ioseph, altero Iacob noīato, et altero Heli, vt patet Mat.pri°.et Lucæ.iii. Sic enim exponunt Doc. Et habemus maximum signum ad probandum q illa lex in statu Iudæoꝝ obseruabatur per illa quæ dñr Mat.xxii. & Mar.xii.vbi dicitur q Saducei accesserunt ad Iesum interrogantes et dicentes. Magister, Moyses nobis scripsit vt si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit vxorem, et filios nō reliqrit, accipiat frater eius vxorem ipsius et resuscitet semen frī suo. Et subditur. Septem ergo fres erant & primus accepit vxorem & mortuus est, non relicto semine, & scđs accepit eā et mortuus est, & nec iste reliquit semen, et tertius silr, & acceperunt eam silr septē &c. Ex his manifeste apparet illam legem tunc obseruari, & etiam expressius patet ex verbis Saluatoris rñdentis ad interrogationem et admittentis legem illam, vt clarissimum est. quare &c. Ad decimum nonū

Ad vigesim. Ad vigesimum & vltimum, Respondemus & dicimus quod plures Theologi etiam præcipui, qui videntur oppositum sentire, si recte eorum dicta considerentur, nobiscum venient & a positione nostra non discrepabunt, inter alios sunt. D. Tho. et. S. Bonauen. quibus si declarabimus dispensationem nostram illo pacto, vt fecimus in. ii°. et. iii°. Artic. nobiscum venient remis & velis, & istis tacentibus, cæteri obmutescent, discutiatur (rogo) qualiter ipsi accipiant dispensationem, & quomodo nos accipiamus, & apparebit conuenientia inter illorum positionem & nostrā, quæ viam mediam tenet. Concluditur itaque, ratum esse & firmum matrimonium quod a Iulio. II. Summo Pont. dispensatum est inter Christianiss. & defensorem Ecclesiæ Henricum octauum Anglorum Regem et Sereniss. Catherinam Reginam, filiam olim Catholicorum Hispaniarum Regum Magni Ferdinādi & Helisabeth decoris & splendoris cunctæ Christianæ Religionis. Confirmat etiam magis conclusionem nostram, quia illa accessit virgo ad Henricum Regem prædictum &c. Hæc igitur sunt quæ his proximis diebus collegi, et summopere cuperem (qualiacunque sint) viuo sermone contra impugnantium multitudinem comprobare & tueri. Venetiis, die. xxv. Nouembris, in festo Sanctæ Catherinæ. M. D. XXX.

FINIS.

